

belangrijke zaken

18 u/v } p. 40
i/j } "licht om volghen

20-21 o ó 27 ó' grote meewindhud
26 a.v. 30 ó " "
32 "Reet nearly ghebetert"

23 i kort
γ lang Look in open syll. te gebruiken

consonanten in aerslaut!

36 ee mied in Ned wed ; 30 dan sou je dierelike klank als
wel we en sell in ei moete horen (Dai is
37/38! waarom met ou geschent als in gout

42 eenparigheid : b - p
d - t
f - v
c - g || ch - gh
sch


1592 lithocomus deel 2/2

I 34
GRAMMATICA
LATINA,

Noua, & ad captum puerilem accom-
modatiore methodo disposita

A

LVDOLFEO LITHOCOMO.



LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.
cld. Id. xcii.

GRAMMATICAE
L. A. T. I. N. A. E.

IN OMNIBUS SCHOLIS
ACADEMIISQUE
L. A. T. I. N. A. E.

LABORIO LITHOGRAPHO.



LABORIO LITHOGRAPHO
EX OFFICINA PLANTINIANA
APUD FRANCISCUM RAPHLENGIUM
CL. M. DC. LXXII.

STVDIOSÆ
I V V E N T V T I



VT AP ELLES carbone de
foco sumpto suum illum, à
quo ad Ptolemai prandium
vocabatur, inuitatorem ita
expresit, ut ad primam de-
lineationem per facile agnos-
ceretur abs quouis, sic Litho-
comus hic, qua ad solidum Latine Etymologiae
fundamentum, & breuiter & simpliciter discen-
dum requiruntur, captui & modulo puerorum ita
accommodauit, & necessaria à non necessariis se-
iuncta sumit, apteque disposuit, ut vel obiter in-
specta, vel leuiter perlecta, cuius ad regium La-
tinitatis iter perducendo sufficere possint. Ordo
horum, ut re innotescet discantibus, congruit ad
ordinem actionum humanae mentis. Odiosa tau-
tologia hic nulla. Si autem aliqua videbitur, ea
suo modo necessaria; maxime docendis puellis.
Malim sane necessariam sciendarum rerum tau-
tologiam in puerili institutione, quam molestam
fundamenti confusionem, qualis eorum est, qui aut
sesquis horridi, aut Labyrinthis viis inuoluti, aut
infor-

4.
informandarum artium legibus (de omni, per se, uniuersaliter primum) superstitiosè astricti, ne dicam minus logicè constricti sunt, adeò ut, vel ipsismet consentibus, TOTAM, non ordinis in Etymologia seruandi, sed totius Grammatica artis SPECIEM prorsus MUTATAM supra alios adferant. In praterito nunc relinquo, quod contra suas artium leges, quas semper crepant, aliisq; imitandas prescribunt, Prosodiam malint cum Etymologia & Syntaxi insipienter confundere, quam cum utilitate seorsim tradere. Si Logica artes, quamuis usu conjuncta, & alia per alias fusca, non confusa, sed inter sese distincta primum incipientibus proponi debent, certè nec ulla Grammaticarum partium aut confusio, aut extrusio probanda est. Non ut confusio, sic tautologia semper vitanda. Regulae generales de generibus nominum primò, mox speciales, quas vocant, continenti progressionè in Grammaticis probatis utiliter sapienterque ex artium legibus proponuntur. ergo cognoscendorum generum ratio suo loco euelli, & declinationibus veluti cauernis includi, id est, diuelli ab ipsis non debuit. Hec & similia cum nostro Lithocomo compara, & quae minus commode innouata, temerè mutata, inuersa, denique peruersa apud istos vel hos videris, despecta tibi atque rejecta sint. Sed longius, quam volui, stuit oratio. tu, studiose puer, à studiorum anfractu diligenter

liger & in tempore tibi caue, ne in immenso Grammaticorum mari naufragus pereas, neu aeternas angustias arctatus seruias. Sed Lithocomum hunc, ut intra paucos menses plurimum proficias, tibi habe, & hinc vel eo nomine, quòd ex ducali Dusseldorpensium schola prodeat, faue, quae ante triginta annos magni istius Monhemij clarore claruit. In Christo, duce liber alium studiorum, vale. Lug. Bat. ex Triuiali nostra. Anno 1584.

N. S.

A 3 Omnes

REV. A. I. T. C. H. V. O.

omud malditocq d Augustino studiorum IV
quidam malditocq d Augustino studiorum IV
malditocq d Augustino studiorum IV
malditocq d Augustino studiorum IV
malditocq d Augustino studiorum IV

MAED

OMNES mirari fastigia vis studiorum?
 Fundamenta prius sunt iacienda tibi.
 Icarios casus, Phaëthontasq; ruinas
 Effugisse stude: ambitiosa caue.
 Arbore vis gratâ nitidos decerpere fructus?
 Radices primum conditus humor alat.
 Hæc ubi præliteris, cautus fundamina ponis,
 Sic labor & fructus, sic rigor vsque manet.
 Quo duce, queso doce, studio ne iactet inani?
 Hic Lihocomus adest, hoc duce cautus eris.
 Non ventosa parit, tibi non phalerata parabit,
 Plurima sed breuiter perspicueq; docet.

QUINCTILIANVS.

Vt vascula oris angusti superfusam humo-
 ris copiam respuunt, sensim autem influen-
 tibus vel etiam instillantibus complentur:
 sic animi puerorum quantum excipere pos-
 sunt, videndum est.

GRAM-

GRAMMATICA est ars bene loquen-
 di. Partes Grammaticæ sunt quatuor:
 Orthographia, Prosodia, Etymolo-
 gia, & Syntaxis.

DE ORTHOGRAPHIA.

OOrthographia est prima pars Gramma-
 ticæ, quæ docet discrimina literarum.

Litera est minima pars dictionis: vt sunt, a, b, c,
 d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, v,
 x, y, z.

Inter hæc Græcæ sunt, k, y, & z, quarum k, ferè su-
 peruacua nunc est. y, & z, non nisi in dictionibus Græ-
 cis scribuntur, h, aspiratio magis est quàm litera.

Litera est Vocalis, aut Consonans.

Vocalis est litera, quæ per se sonat ac vocem edit:
 vt, a, e, i, o, u, & y. Ex quibus i, & v. fiunt con-
 sonantes, quando altera vocalis sequitur, in eadem
 syllaba: vt iaceo, venio.

Consonans est litera, quæ non per se, sed cum
 vocali sonat: vt b, c, d, f, & cætera omnes præter
 vocales.

Consonans est Muta aut Semiucalis.

Muta est, quæ sonum habet obscuriorem, vt in
 quæ sonus vocalis sequitur: vt, bc, ce, de, ge, ka,
 pe, qu, te.

Semiucalis est, quæ sonum habet clariorem, vt
 in qua sonus vocalis præcedit: vt, el, em, en, er,
 es, ix, z. f, profertur vt semiucalis, sed potestate
 muta est.

Semiucalis est Liquida, aut Duplex.

Liquida est, quæ liquecit post mutam in eadem
 syllaba posita: vt, l, m, n, r.

Duplex est, quæ pro duabus literis ponitur: vt, x, & z. x enim ponitur pro cs vel gs: vt, dux pro ducs, rex pro regs. z pro duplici ff: vt, patrizo pro patrisso.

L, etiam inter duas Vocales posita fit duplex consonans: vt, ajo, major.

S, nec liquida est, nec duplex.

DE PROSODIA.

Prosodia est secunda pars Grammaticæ, quæ docet discrimina syllabarum.

Syllaba est littera, aut comprehensio litterarum, vno spiritu prolata.

Syllaba vnus litteræ est quælibet vocalis: a, e, i, o, u. Hæ *æta æstus*. i. abusiue syllabæ vocantur.

Comprehensio litterarum est aut vocalium tantum, aut consonantium cum vocali.

Comprehensio vocalium duarum in vnâ syllabam vocatur Diphthongus, quales sunt quatuor; æ, œ, au, eu: vt, ætas, pœna, aurum, Eurus.

Quibus additur quinta ei: vt, parteis, omneis.

Comprehensio consonantium cum vocali in vnâ syllaba, numerum senarium non excedit: vt, ad, ars; mors, frons, stirps.

Syllabæ discernuntur Accentu & Quantitate.

Sed cum accentuum & quantitatem cognitis antè pleniorẽ vocum intelligentiam percipi nequeat, vltimum ei locum assignandum putauit.

DE ETYMOLOGIA.

Etymologia est tertia pars Grammaticæ, quæ docet discrimina dictionum.

Dictiones sunt Variabiles, aut Inuariabiles.

Varia-

Variabiles dicuntur quæ possunt in fine variari: vt, Nomina, Pronomina, Verba, Participia. Inuariabiles, quæ non possunt in fine variari: vt, Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones, & Interiectiones.

Hæ octo dictionum species vocantur Partes orationis, quia ex his omnis oratio conficitur.

DE NOMINIBVS.

Nomen est dictio variabilis quæ rem nominat.

Nominum inter se discrimina cognoscuntur ex accidentibus.

Nomini accidunt septem: Qualitas, Genus, Species, Numerus, Figura, Casus, & Declinatio.

Discrimen Qualitatis.

Nomen est Proprium, aut Appellatiuum.

Proprium, quod vni soli rei cõuenit: vt, Petrus, Colonia, Rhenus.

Appellatiuum, quod est multis commune: vt, homo, vrbs, flumen.

Nomen appellatiuum est aut Substantiuum, aut Adiectiuum.

Substantiuum, quod per se subsistit in oratione: vt, homo, equus, arbor.

Adiectiuum, quod per se non subsistit, sed substantiuo adiicitur: vt, bonus, albus, niger.

Nomen adiectiuum est Comparabile aut Incomparabile. Comparabile, quod comparatur, id est, quod habet adiectiuum comparatiuum & superlatiuum: vt, doctus doctior doctissimus, nequam nequior nequissimus.

Hi vocantur gradus Comparationis.

Adiectiuum comparatiuum est, quod supra adiectiuum primum seu positiuum significat magis: vt, doctior, id est, magis doctus.

Comparatiuum est Regulare, aut Irregulare. Comparatiuum regulare est, quod fit à positiuo casu, in i, addita syllaba or: vt, doctus docti doctior, fortis forti fortior. Irregulare, quod non fit à positiuo casu in i: vt, bonus melior, magnus maior.

Adiectiuum superlatiuum est, quod supra adiectiuum positiuum significat valde: vt, doctissimus, id est, valde doctus.

Superlatiuum est Regulare aut Irregulare. Regulare est, quod desinit in rimus: à positiuo in r, vt, nigerrimus à niger: aut in llimus, à positiuo non desinente in r: vt, doctissimus à doctus: aut in llimus, quæ sunt quinque: agilimus, facillimus, gracillimus, humillimus, similimus. Irregulare, quod sic non desinit: vt, maximus à magnus, minimus à paruus.

Irreg. Tertia Comparatiua & Superlatiua.

Bonus melior optimus.

Malus peior pessimus.

Magnus maior maximus.

Paruus minor minimus.

Multus plurimus, multa plurima, multum plus plurimum. Vnde in plurali comparatiuum mascul. & femin. est plures.

Verus veterior, veterrimus ab antiquo veter. Maledicus maledicentior, maledicentissimus. Beneuolus beneuolentior, beneuolentissimus. Magnificus magnificentior, magni-

magnificentissimus. Sic cætera à facio cõposita.

Huc pertinent quæ à præpositionibus & aduerbiis veniunt: vt,

Extra exterior extremus & extimus.

Intra interior intimus. Ultra vltior vltimus. Citra citerior citimus. Supra superior supremus & summus. Infra inferior infimus. Post posterior postremus. Prope propior proximus. Ante anterior. Pridem prior primus. Nuper nuperrimus.

OBSERVATIO.

Ex Adiectiuis comparabilibus, quædam carent Positiuo: vt, deterior deterrimus, ocyor ocyfissimus, potior potissimus. Quædam comparatiuo: vt, inuitus inuitissimus. Quædam Superlatiuo: vt, adolescens adolescentior, iuuenis iunior, senex senior, ingens ingentior, satur saturior, &c.

Adiectiuum incomparabile est, quod non comparatur, id est, quod non habet comparatiuum aut superlatiuum: vt, idoneus, magnanimus, cicur, optimus, obseruandus, vnicus, duplex, triplex, memor, &c.

Huc referunt Grammatici adiectiua, quæ vocalem habent ante us: vt, pius, durbius, strenuus, arduus, perpetuus, assiduus, egregius. Inuenitur tamen piissimus, strenuior & strenuissimus, arduior, assiduior assiduissimus, & similia, quæ vsus docebit.

Hæc vsum comparatiui & superlatiui complent addito aduerbio magis & valde ad positiuum: vt, magis idoneus, valde idoneus.

Discri-

Discrimen Generis.

Discrimen generis propter convenientiam adiectivi & substantivi inquiritur.

Genera nominum sunt tria. Masculinum, cui præponitur hic: vt, hic magister. Femininum, cui præponitur hæc: vt, hæc mensa. Neutrum, cui præponitur hoc: vt, hoc scammum.

Quædã nomina habet hæc tria genera, & dicuntur Omnis generis: quædã duo, & dicuntur Cõmunis aut Dubij generis: cætera habet vnũ genus tantũ.

De nominibus Omnis generis.

REGVLA.

Omnia adiectiua sunt Omnis generis: Alia tribus terminationibus: vt, hic doctus, hæc docta, hoc doctum. hic niger, hæc nigra, hoc nigrum. Alia duabus: vt, hic & hæc fortis, & hoc forte. hic & hæc fortior, & hoc fortius. Alia vna: vt, hic & hæc & hoc felix, sapiens, concors, diues.

OBSERVATIO I.

Quædam adiectiua efferuntur tribus & duabus terminationibus: vt, hic hilarus, hæc hilara, hoc hilarum: & hic & hæc hilaris, & hoc hilare. Sic composita multa:

Animus	exanimus	exanimis.
Iugum	biiugus	biiugis.
Frenum	effrenus	effrenis.
Neruus	eneruus	eneruis.
Baculus	imbecillus	imbecillis.
Cluius	accluius	accluiis.
Arma	inermus	inermis.

& similia.

Huc

Huc referuntur adiectiua quæ in er & is efferuntur: vt, hic acer, hæc acris, hoc acre, & hic & hæc acris, & hoc acre. Sic, celebrer, saluber, alacer, &c.

OBSERVATIO II.

Quædam adiectiua vnus terminationis rariũs vsurpantur in genere neutro: vt, diues, hebes, teres, memor, pauper, sospes, vber, &c. Ouid. *Diues ingenium.* 2. Trist.

De nominibus Communis generis.

REGVLA.

Omnia substantiua, quæ conueniunt viris ac mulieribus, seu maribus ac feminis sexu discreto, sunt Communis generis; & pro maribus masculino, pro feminis feminino genere vsurpantur: vt, hic & hæc fur, latro, homicida, exsul, dux, custos, auctor, bos, canis, &c.

Nomina quæ conueniunt maribus & feminis sine discrimine sexus, Epicæna vocantur, & vnum tantum genus habent, quod cognoscitur ex regula de terminatione: vt, hic passer, pavo; hæc pica, vulpes.

De nominibus Dubij generis.

REGVLA.

Dubij generis sunt, quæ sine discrimine vsurpantur nunc in masculino, nunc in feminino genere: vt, hic vel hæc dies, margo, adeps, clunis, finis, torquis, penus, specus, forceps, serpens, &c. in quibus vsus frequentior obseruandus est.

De no-

De nominibus unius generis.

Nomina unius generis cognoscuntur vel ex significatione per regulas generales: vel ex terminatione per regulas speciales.

REGVLA I. GENERALIS.

Masculini generis sunt

i. Nomina virorum, & quae viris tantum conueniunt: vt, Petrus, Paulus, Mars, Iupiter, pater, consul, &c.

ii. Nomina mensium: vt, Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius, Julius vel Quintilis, Augustus vel Sextilis, Septēber, October, Nouember, Decēber.

iii. Nomina ventorum: vt, Eurus, Zephyrus, Auster, Aquilo vel Boreas.

iiii. Nomina fluuiorum: vt, Rhenus, Tyberis, Danubius, Mosa. Præter Styx & Lethe feminina.

Tepidum Iader apud Lucan. & dia Mosella apud Ouid. figurata sunt per Synthesin. quia intelligitur flumen vel aqua.

v. Nomina quae significant partes assis.

As continet uncias	12. deunx	11
Decunx vel dextans	10. dodrans	9
Bes vel bessis	8. septunx	7
Semissis	6. quincunx	5
Triens 4. quadrans	3. sextans	2

REGVLA II.

Feminini generis sunt

i. Nomina mulierum, & quae mulieribus tantum conueniunt: vt, Maria, Venus, mater, soror.

ii. No-

ii. Nomina urbium & regionum: vt, Colonia, Corinthus, Aegyptus. Præter neutra in um, ur, & e: vt, hoc Dusseldorpium, Tybur, Præneste. Et masculina pluralia in i: vt, hi Philippi, Gabij.

iii. Nomina arborum: vt, hæc pomus, pyrus, quercus, &c. Præter masculina oleaster, spinus. Et neutra: robur & acer.

REGVLA III.

Neutri generis sunt

i. Nomina fructuum: vt, hoc pomum, pyrum, prunum, &c.

Præter feminina oliua, nux, glans, castanea, auellana, ficus, quae tam arborem quam fructum significant.

ii. Nomina literarum & syllabarum: vt, a, b, c, d, &c.

Per Synthesin vsurpatur hæc saepe in genere feminino.

iii. Dictiones omnes materialiter positæ: vt cum dico, Rex deriuatum est à rego. Ouid.

Vix illud potui dicere triste Vale.

REGVLA SPECIALES.

In a feminina sunt: vt, hæc mensa, penna, terra.

Excipiuntur

i. Masculina Græca in ta; vt, hic poëta, propheta, planeta, cometa.

ii. Neutra in ma tertiae declinationis: vt, hoc poëma, dogma, ænigma. Et pluralia: arma, pascua, castra, &c.

Communia: homicida, conuiuia, aduena, indigena, &c. Dubia: talpa, & dama.

E.

E.

In e neutra sunt: vt, hoc mare, cubile, ouile.

Excipiuntur

Feminina primæ declinationis: vt, hæc parascæue, epitome, pentecoste. Et pluralia in æ: vt, nugæ, tenebræ.

Neutra sunt & pluralia: cete, mele, tempe.

I.

In i neutra sunt: vt, hoc gummi, sinapi.
Masculina sunt pluralia: vt, liberi, cancelli, &c.
Frugi, nauci; nihili, mancipi; adiectiua sunt & aptota.

O.

In o masculina sunt: vt, hic sermo, ordo, cardo, scipio, titio.

Excipiuntur feminina triplicia.

i. Talio, & caro carnis.

ii. In do & go polysyllaba: vt, hæc arundo, dulcedo, imago, rubigo, &c. & dissyllabum grando.

iii. Verbalia in io: vt, lectio, oratio, ambitio.
Neutrum est pondo, & aptoton.

Ambo & duo adiectiua sunt pluralia masculini & neutri generis: Feminina, ambæ, duæ.

V.

In u neutra sunt: vt, hoc cornu, gelu, veru, &c.

C.

In c neutra sunt: vt, hoc lac lactis, halec hællecis.

Martialis halecem feminino genere dixit.

L.

L.

In l neutra sunt: vt, hoc animal, sal, mel, fel & nihil.

Masculina, mugil, & sol.

Femininum strigil, quod & strigilis dicitur.

E M.

Tantundem neutrum est, Totidem adiectiuum plurale.

V M.

In um neutra sunt: vt, scamnum, speculum, templum.

A N.

In an masculina sunt: vt, pæan, titan.

E N.

In en neutra sunt: vt, flumen, lumen, semen, gramen.

Masculina: ren, splen, lien, pecten. Et à cano composita, fidicen, cornicen, tibicen.

I N.

Delphin masculinum est.

O N.

In on Græca tertix declinationis masculina sunt: vt, hic canon, dæmon, agon.

Feminina: sindon & icon.

Symbolon, idolon, symposion, Latine per um effertur & neutra sunt.

A R.

In ar neutra sunt: vt, hoc calcar, puluinar, nectar, iubar, epar epatis.

Lar masculinum est. Par adiectiuum.

E R.

In er masculina sunt: vt, hic ager, culter, carcer, imber, ær.

B

Femini-

Femininum linter.

Neutra: hoc ver, cadauer, vber, tuber, iter itineris. Item fructuum nomina: cicer, papauer, piper, &c. præter cucumer masc.

O R.

In or masculina sunt: vt, labor, furor, honor.

Femininum arbor.

Neutra: cor, equor, marmor, & ador aptoton.

Adiectiua sunt: memor, bicolor, discolor, bicorpor, tricorpor.

V R.

In ur, neutra sunt: vt, ebur, sulphur, iecur.

Masculina: vultur, turtur, fursur.

A S.

In as feminina sunt: vt, ciuitas, bonitas, lampas.

Masculina: as assis, vas vadis, adamas adamantis, elephas, gigas.

Neutra: vas vasis, fas & nefas aptora.

E S.

REGVLA I.

In es masculina sunt, quæ genitiuis crescunt: vt, hic gurges gurgitis, cespes cespitis, paries parietis, pes pedis. Item magnes magnētis, lebes lebētis.

Feminina: seges, teges, compes, merces, quies & requies.

Neutrum æs æris.

Communia hic multa sunt: hæres, miles, eques, pedes, comes, hospes, antistes, interpres, &c. & à pes composita: vt, bipes, tripes, quadrupes.

REGVLA II.

In es feminina sunt, quæ genitiuis non crescunt:

cunt: vt, cædes cædis, nubes nubis, fames famis: sic omnia in es quintæ declinationis: vt, fides, res, spes, species, &c. præter dies, quod dubium est in singulari, in plurali masculinū tantum. & merities masculinum.

I S.

In is feminina sunt: vt, hæc auis, clauis, cutis, pixis.

EXCEPTIO.

Mascula sunt: penis, panis, crius, cinis, ignis.

Funis cum vecli, piscis, fascis, lapis, amnis.

Hinc fustis, postis, hinc axis, vermis & vnguis,

Et collis, follis, callis, glis, sanguis & ensis,

Et mensis, torris, cum vomere, corbis & orbis,

Maialis cum natali, canalis, aqualis,

Casis & caulis, puluis, & ab asse profecta.

O S.

In os masculina sunt: vt, hic flos, mos, ros, lepos.

Feminina cos cotis, dos dotis.

Neutra: os oris, os ossis, chaos, & melos.

Compos, impos adiectiua sunt.

V S.

REGVLA I.

In us secundæ & quartæ declinationis masculina sunt: vt, hic ventus, annus: hic arcus, visus, fructus.

Excipiuntur Feminina

1. Latina: hæc acus, manus, vannus, humus, alius, porticus, tribus, colus, domus; & idus plurale.

2. Græca hæc arctus, eremus, abyssus, diphthongus.

Et ab *δαδς* composita: hæc methodus, synodus, exodus, periodus. Item gemmatu nomina, hæc crystallus, hyacinthus, sapphyrus.

Sic & fruticum nomina: hæc nardus, hyssopus, papyrus.

Neutra: vulgus, pelagus, & virus.

REGVLA II.

In us tertiæ declinationis, quæ retinent u in obliquis, feminina sunt: vt, hæc salus salutis, palus paludis, tellus telluris, grus gruis.

Masculinum est mus.

Neutra: ius, crus, rus, thus & pus.

REGVLA III.

In us tertiæ declinationis, quæ u in obliquis mutant, neutra sunt: vt, hoc corpus corporis, pecus pecoris, vulnus vulneris.

Masculinum est, lepus leporis.

Vetus adiectiuum est.

s, præcedente consonante.

In s, præcedente consonante feminina sunt: vt, hæc ars, mors, puls, seps, hyems, stirps, pro progenie, &c.

Masculina: mons, pons, fons, dens. Item hydrops, chalybs, torrens, Oriens & Occidens substantiua.

In t neutra sunt: vt, hoc caput, occiput, sin-
ciput.

X.

In x feminina sunt: vt, pax pacis, fex fecis, nix niuis, vox vocis, nux nucis, faux faucis.

Exi-

Excipiuntur Masculina

i. Græca in ax: vt, abax, thorax, limax, &c.
ii. In ex: grex, codex, podex, culex, murex, frutex, latex, pollex, ramex, vertex.

iii. In ix: hic calix, fornix, varix, bombix, sandyx, onyx onychis.

Communia: exlex, iudex, index, vindex.

Dubia: cortex, imbrex, obex, pumex, filex.

Observatio de Anomalis genere.

Quædam substantiua variant genus, idque in eodem numero, vel in diuersis.

In eodem numero triplicia.

i. Masculina & feminina: vt,

hic syngraphus hæc syngrapha.

hic araneus hæc aranea.

ii. Masculina & neutra: vt,

Angiportus angiportu. Baculus baculum.

Baltheus baltheum. Clypeus clypeum.

Crocus crocu. Chirographus chirographu.

Iussus iussum. Nuntius nuntium.

Pileus pileum. Tonitrus tonitru.

iii. Feminina & neutra: vt,

Tribula tribulum. Mulctra mulctrum.

Hyssopus hyssopum. Papyrus papyrus.

Capa cape, Menda mendum.

hic & hæc Barbitus hoc barbitum.

In diuersis numeris sextuplicia.

i. In singulari masculina, in plurali neutra: vt,

Tartarus tartara. Auernus Auerna.

Sibilus sibila. Mænalus Mænala.

Ismarus Ismara. Mafficus Maffica.

& similia nomina montium.

11. In singulari masculina, in plurali masculina & neutra: vt, locus, hi loci & hæc loca. iocus, hi ioci & hæc ioca. euentus, hi euentus & hæc euenta.

111. In singulari feminina, in plurali neutra: hæc Carbasus carbasæ. Pegamus Pergama.

1111. In singulari neutra, in plurali masculina: vt, Cælum hi cœli. porrum hi porri.

v. In singulari neutra, in plurali masculina & neutra: vt, frenum, hi freni & hæc frena. Rastrum, hi rastræ & hæc rastra.

Capistrum, hi capistri, & hæc capistra.

v1. In singulari neutra, in plurali feminina: vt, Epulum epulæ. Delicium deliciæ.

Balneum balneæ, & balnea.

DISCRIMEN SPECIEI.

Species nominum duæ sunt: Primitiua & Deriuatiua. Nomen Primitiuum est, quod non deriuatur ab alio: vt, lapis, ferrum.

Deriuatiuum, quod deriuatur ab alio: vt, lapillus, ferreus.

Deriuantur nomina, vel à nominibus, vel à verbis, vel ab aduerbiis. A nominibus deriuantur quintuplicia: Patronymica, Gentilia, Possessiua, Deminutiua & Denominatiua.

De Patronymicis.

Patronymica propriè dicuntur, quæ à patribus deriuata, significant non solum filios vel filias, sed etiam nepotes vel neptes, aliosque posteros.

Horum terminationes sunt quatuor.

des, vt, Æneades. i. Æneæ filius vel nepos. as: vt,

as: vt, Thestias. i. Thestij filia vel neptis.
is: vt, Nereis. i. Nerei filia vel neptis.
ne: vt, Adrastine. i. Adraستي filia vel neptis.

Ex his des, masculinorum est, cætera femininorum.

Patronymica impropiè deriuantur etiã ab aliis, quàm à nominibus patrum: A matribus: Iliades. i. Iliæ filius. A fratribus: Phaëthontias. i. foror Phaëthontis. A regibus: Romulides. i. Romuli subditus. Ab urbibus: vt, Ilias. i. mulier ex vrbe Iliõ.

De Gentilibus.

Gentilia dicuntur, quæ patriam vel gentem significant: vt, Romanus, Coloniensis, Spartiata, Israhelita.

De Possessiuis.

Possessiua sunt, quæ possessionem significant: vt, regius, à rex. patrius, à pater. fraternus, à frater. Euandrius, ab Euander.

De Deminutiuis.

Deminutiua sunt, quæ deminutionem sui primitiui significant: vt, lapillus, libellus, cœculum, misellus, paruulus, maiusculus.

De Denominatiuis.

Denominatiua sunt, quæ à nominibus deriuantur, & nec sunt patronymica, nec gentilia, nec possessiua, nec deminutiua: vt, iustitia à iustus, saluber à salus.

De Verbalibus.

Verbalia sunt, quæ à verbis deriuantur: vt, lectio à lego, cursus à curro.

De Aduerbialibus.

Aduerbialia sunt, quæ ab aduerbiis deriuantur: vt, hodiernus ab hodie, crastinus à cras.

Discrimen Numeri.

Numeri nominũ duo sunt: singularis, & pluralis. Singularis numerus est qui de vno dicitur: vt, hic pater. Pluralis, qui de pluribus: vt, hi patres.

OBSERVATIO I.

Quædam nomina in singulari numero significant multitudinem: vt sunt Collectiua: populus, plebs, turba, pars, gens, &c.

Et contrà, quædam in plurali significant rem vnam: vt, nuptiæ, literæ, ædes, &c. quæ singulari numero carent.

OBSERVATIO II.

Quædam nomina carent altero numero.

Masculina singularia aut raro pluralia.

^a *Ær*, *sol* ^b *mundus*, cum *vespere*, *pontus* & *æther*, *sanguis*, ^c *ros*, *nemo*, cum *carcere*, *puluis*, & *almus*, Et *sopor*, & *cestus*, *limus*, *simus*, & *penus* adde.

^a *Soles legimus quia plures aliquando esse videntur. Liuius: duos soles visos. soles pro astu, & pro diebus in plurali vsitatum est.*

^b *Cicero: Et ais Democritum dicere, innumerabiles esse mundos. c* *Rores legimus apud Virgil. & Horat. toribus apud Columell. & Plinium.*

Feminina singularia aut raro pluralia.

^a *Vita*, *salus*, *soboles*, *proles*, ^b *mors*, ^c *gloria*, *tellus*, *Lux*, ^d *fuga*, *fama*, *lues*, *humus*, & cum *pube*, *iuuentus*,
Pauper-

Paupertas, *plebs*, *gaza*, *fames*, ^c *contagio*, ^f *labes*,
Talis, cum *iussi*, cumque *indole*, *culpa*, *senectus*,
Et *bilis*, *pestis*, *tabes*, *stis*, atque *supellex*,
Hinc bona pars quinta, cen^e *spes* *requiesq;* *fidesque*,
Quæq; aliquod vitium aut virtutẽ nomina signant.

^a *Virgil. Tenuis sine corpore vitas. Terent. Inspicere vitas omnium. [b] Cic. Præclaræ mortes sunt imperatoriæ: sic mortium & mortibus, leges apud alios. [c] Cic. Gloriæ dispares. Gell. gloriarum & glorias dixit. [d] Lucus & lucibus pro diebus legitur apud Ouid. Post septem lucus Iunius actus erit. [e] Cic. Contagiones malorum. [f] Cic. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo cenfes habuiffe. [g] Horat. spes iubet esse ratas.*

Neutra singularia aut raro pluralia.

Ver, *pelagus*, *senium*, *solum*, *nihilumq;* *pedumque*,
Lethum, *iustitium*, *fel*, *cœnum*, *vulgus*, & ^a *anum*,
Et *iubar*, atque *solum halec*, *virum*, *fascinum* & *album*,
Adde *gelu*, atq; *salum*, *penus*, atq; *lutum*, atq; *macellum*,
Quæque carent casu, *virus*, *pus*, *fâsque*, *nefâsque*.
^a *Ouid. Nulli datus omnibus æuis.*

Præter hæc plurali numero carent

I. Omnia nomina propria: vt, *Petrus*, *Roma*, *Rhenus*.

II. Nomina metallorum: vt, *aurum*, *argentum*, *plumbum*, *electrum*, *stannum*, &c.

III. Nomina frumentorum, & aliarum rerum è terra nascentium: vt, *triticum*, *siligo*, *hordeum*, *auena*, *crocus*, *linum*, *fœnum*, &c.

IV. Nomina quædam liquidorum: vt, *lac*, *oleum*, *mulfum*, *nectar*, *acetum*, *butyrum*, *pix*, &c.

Masculina pluralia aut raro singularia.

Liberi, & ^a annales, natales, atque penates,
 Cancelli, cani, fusti, superi, inferi, & artus,
 Manes, & lemures, cum ^b calitibusq., primores,
 Et cum ^c carceribus, gemini, proceresq., ^d laresq.,
 Inde pugillares, fascis, ^e vepresq., ^f salesq.,
 Atque fari, atque loci, & iuncti cum casibus, antes,
 Et propria: vt, Gabij, Locri, Veij, atque Philippi.
 Cicer. In tuo annali. Cælite apud Ouid. Carcere
 apud Virg. legitur. Geminus & Lar apud Plautum.
 Ouid. Vepre dixit. Cicero etiam sal saepe pro falsè
 dictis.

Feminina pluralia vel raro singularia.

Antia, & ambages, ^a ades, argutia, ^b & Alpes,
^c Blanditia, bigaq., ^d apina, trica, atque clitella,
 Copia, & excubia, crates, diraq., genaq.,
 Et cum ^e compedibus, ^f ceremonia, atque ^g salebra,
 Diuitia, sordesq., ^h inimicitia, insidiq.,
 Gratesq., grossiq., ⁱ faceta, opesq., ^k foresq.,
 Fera, & exequia, fauces, ^l valuaq., ^m minaq.,
ⁿ Littera, & ^o illecebra, lactes, nuga, atque tenebra.
 Exuvia, scopaq., manubia, quisquiliaq.,
 Nundina, & inducia, nona, idus, atque kalenda,
 Nuptia, & inferia, cuna, therma, atque secunda,
 Vires, suppetiaq., ^p vigilia, primitiaq.,
 Reliquia, phalera, palea, præstigia, habena,
 Sortesq., scalaq., officina, & oppida Theba,
 Et cuna, & similes, quarum pars maxima Graia.
 Cic. In æde Titi Annij. Alpem saepe apud poetas le-
 gitur. Apud Ciceronem blanditia, ceremonia, salebra,
 inimicitia, illecebra, vigilia, singulariter inueniuntur.
 Compes apud poetas sing. legitur. Sic littera, pro epi-
 stola.

stola. Terent. foris nominatiuo. Ouid. forem accusa-
 tiuo dixit.

Neutra pluralia vel raro singularia.

Ilia cum rostris, bellaria, pasqua, & arma.
 Exta, parentalia, sponsalia, munia, iusta,
 Mœnia, vinacea, cunabla, crepandia, casta,
 Et inga, cum lustris, hiberna, repotia, tesqua,
 Hinc præcordia, cum genitalibus, atque staniis,
 Et mapalia, cum palearibus, atque Cytheris,
 Et propriis aliis, velut Orgia, Gargara, Susa.

Discrimen Figure.

Figure nominum sunt tres: Simplex, Composi-
 ta, & Decomposita.

Nomen Simplex dicitur, quod nō est ex duabus
 dictionibus compositum: vt, animus, pius. Com-
 positum, quod est ex duabus dictionibus composi-
 tum: vt, impius, magnanimus. Decompositum,
 quod est ex composito factum: vel deriuatione: vt,
 impietas, magnanimitas: vel compositione: vt,
 inexpertus, inexpugnabilis.

Discrimen Casus.

Casus Nominum sunt sex: Nominatiuus,
 Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Voca-
 tiuus & Ablatiuus.

Ex his Nominatiuus & Vocatiuus Recti vocan-
 tur, ceteri obliqui.

OBSERVATIO.

Quædam nomina certis casibus deficiunt: eaque
 sunt sextuplicia: Aptota, Monoptota, Diptota, Tri-
 ptota, Tetraptota, Pentaptota.

Aptota

Aptota sunt, quæ vna voce in omnibus casibus vsurpantur: vt, sinapi, pondo, fas, nefas.

Item neutra in u: vt, cornu, veru, &c.

& mille substantiuum in singulari numero.

Huc pertinent adiectiua: nequam, frugi, nau-
ci, nihili, huiusmodi, &c. Et pluralia: tot, quot,
totidem. Talia sunt & numeralia à quatuor vsque
ad centum: vt, quatuor, quinque, sex, septem,
octo, nouem, decem, viginti, triginta, qua-
draginta, quinquaginta, sexaginta, septua-
ginta, octoginta, nonaginta, centum, & mil-
le adiectiuum.

*Cetera numeralia variantur: vt, vnus vna vnum,
duo duæ duo, hi & hæ tres & hæc tria. Sic & à cen-
tum composita: vt, ducenti ducentæ ducenta. trecenti
trecentæ trecenta, &c.*

Monoptota sunt, quæ vnum tantum casum ha-
bent: vt, expes, satias, inficias, permisso, spon-
te, &c. Item verberare, viscere, femine in singu-
lari numero: nam pluralem integrum habent.

Diptota sunt, quæ duos casus habent: vt, tan-
tundem tantidem, fors forte, vicem vice, ta-
bi tabo.

Triptota sunt, quæ tres casus habent: vt, situs
situs, lues lues, vis vim vi.

Tetraptota sunt, quæ quatuor casus habent: vt
sunt quæ nominatiuo carent, dapis, frugis, pre-
cis, opis.

Pentaptota sunt, quæ quinque casus habent: &
tantum vocatiuo carent: vt sunt Interrogatiua, Par-
titiua, & Distributiua: vter, alter, nemo, quis-
quis, omnis, quilibet.

*Inter defectiua casu numerantur etiam multa, quæ
carent*

*carent genitiuo, datiuo, & ablatiuo plurali, vt nomina
quinta declinationis ferè omnia, prater res & dies.
Item neutra: æs, vinum, mel, ius, rus, thus, os, oris, &c.*

DISCRIMEN DECLINATIONIS.

Declinatio est variatio dictionis in fine per casus.
Declinationes nominum sunt quinque, in quibus
omnibus vocatiuus vtriusque numeri ferè similis
est nominatiuo. In neutris etiam accusatiuus. In
plurali ablatiuus semper similis est datiuo.

DE PRIMA DECLINATIONE.

Prima declinatio est, quæ facit genitiuum in æ.
Continet terminationes quatuor, a, as, es, & e:
vt Musa, Æneas, Anchises, epitome. Suntque
in a Latina, cetera Græca.

Genitiuus & Datiuus desinunt in æ.

Excipiuntur

1. Adiectiua feminina: vna, vlla, nulla, sola,
tota, alia, vtra, altera, neutra: quæ faciunt ge-
nitiuum in ius, & datiuum in i: vt, vna, vnius,
vni, vnam, &c.

11. Familia genitiuum facit familias antiquè
more Græcorum in his compositis, paterfamilias,
materfamilias, filiusfamilias.

*Genitiui figurati sunt per diarefin: Aulæ in medio,
pro aulæ. 3. Æneid. Vis aquæ pro aquæ. 7. Æneid.
Diarefis est diphthongi aut vnius syllaba in duas diuisio.*

Accusatiuus desinit in am.

Græca in a Accusatiuum faciunt per an: vt, Maia Maian:

Vocatiuus similis est nominatiuo.

Ablatiuus desinit in â: vt ab hac mensâ.

Nominatiuus pluralis in æ.

Genitiuus in arum.

Hic aliquando fit Syncope, in patronymicis & compositis: vt, Æneadum pro Æneadarum, tertigenum pro tertigenarum, cælicolum pro cælicolarum. Syncope est reiectio literæ vel syllabæ à medio dictionis.

Datiuus desinit in is.

Excipiuntur pauca, quæ faciunt Datiuum in abus, differentia causa, vt, filia, nata, dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ.

Accusatiuus desinit in as: vt, mentas.

Paradigma nominum in as.

Hic Æneas, huius Æneæ, huic Æneæ, hunc Æneam vel Ænean, ô Ænea, ab hoc Æneâ.

Paradigma nominum in es.

Hic Anchises, huius Anchisæ, huic Anchisæ, hunc Anchisen, ô Anchise, ab hoc Anchise. Sic Æneades, Æneadæ, Æneaden, &c. Pluraliter, Æneadæ, Æneadarum, more Latinorum.

Paradigma nominum in e.

Hæc Epitome, huius epitomes, huic epitomæ, hanc epitomen, ô epitome, ab hac epitome. Pluraliter, hæ epitomæ, harum epitomarum, his epitomis, &c.

DE SECUNDA DECLINATIONE.

Secunda declinatio est quæ facit genitiuum in i. Continet terminationes sex, er, ir, ur, us, eus, um: vt, magister, vir, satur, dominus, Orpheus, templum.

OBSER-

OBSERVATIO I.

Nomina in ir, ur, & eus crescunt in obliquis: vt, vir viri, satur saturi, Orpheus Orphei.

Per Synaresin dicunt poeta Thesei pro Thesei. Synaresis est contractio duarum vocalium in vnam syllabam. Ouidius: Iniuria Thesei.

OBSERVATIO II.

Nomina in us, & um, non crescunt: vt, dominus domini, templum templi.

OBSERVATIO III.

Nomina in er præcedente semiuocali crescunt: vt, miser miseri, tener teneri, &c. Præcedente muta non crescunt: vt, faber fabri, cancer canceri, liber libri.

Excipiuntur

Liber liberi, cum proprium est, vel adiectiuum.

Socer soceri. Lacer laceri.

Asper asperi. Prosper prosperi.

Adulter adulteri. Presbyter presbyteri.

Armiger armigeri. Lucifer luciferi, &c.

à gero, & fero composita.

Dexter facit dextri & dexteri, vnde fit dexterior.

Genitiuus desinit in i, Datiuus in o.

Excipiuntur adiectiua masculina & neutra nouem, quæ genitiuum in ius, datiuum in i faciunt: vnus, vllus, nullus, solus, totus, alius, vter, alter, & neuter: vt, vnus vnus vni, &c.

Accusatiuus desinit in um.

Excipiuntur

Nomina in eus, quæ accusatiuum per a faciunt: vt, O r-

vt, Orpheus Orphea, Theseus Thesea.
*Græci accusatiui sunt Catalogon, Diphthongon:
 pro Catalogum, Diphthongum.*

Vocatiuus similis est Nominatiuo.

Excipiuntur

i. Nomina in us, quæ faciunt vocatiuum in e:
 vt, dominus domine, &c. Præter propria in ius,
 quæ faciunt vocatiuum in i: vt, Virgilius Virgili,
 Antonius Antoni: vt vnum appellatiuum, fi-
 lius ô fili. Item deus, quod facit ô deus.

ii. Nomina in eus quæ faciunt vocatiuum in
 eu, vt, Orpheus, ô Orpheu.

Ablatiuus definit in o: vt, domino.

Nominatiuus pluralis in i, vel a, si neutra sunt:
 vt, hi domini, hæc scamma.

Genitiuus in orum.

*Hic aliquando fit Syncope. Virg. Chara deûm sobo-
 les, pro deorum. Sunt & in vsu apud Oratores num-
 mûm pro nummorum, sestertiûm pro sestertiorum.
 sic medimnûm, modiûm, liberûm.*

Datiuus & Ablatiuus in is.

Excipiuntur ambo & duo, pluralia, quæ faciunt
 ambobus & duobus.

Accusatiuus in os: vt, dominos.

DE TERTIA DECLINATIONE.

Tertia declinatio est, quæ facit genitiuum in is.

Cõrinet terminationes omnes præter um & u

Genitiuus definit in is: vt, huius patris.

Datiuus in i: vt, huic patri.

Accusatiuus in em: vt, hunc patrem.

Excipiuntur

i. Quæ im faciunt: vt, turris turrim, tussis
 tussim,

*Reliquas for-
 mands geni-
 tiui rationes
 vide ad finem
 Etymologia.*

tussim, sitis sitim, vis vim, peluis peluim,
 buris burim.

His adduntur propria: Araris, Tybris, Syrtis,
 Charybdis, & Opis.

ii. Quæ em & im faciunt: vt, puppis pup-
 pem & puppim. sic securis, sementis, febris,
 restis & nauis.

iii. Græca quorundam quædam a faciunt: vt, ac-
 rera pro acrem, chlamys chlamyda. Quædam
 in: vt, genesis genesin, Erinnyes Erinnyen.

Vocatiuus similis est Nominatiuo.

*Græca plerumque abiciunt s in vocatiuo: vt, Paris
 ô Pari, Pallas ô Palla, Chremes ô Chreme.*

Ablatiuus definit in e: vt, ab hoc patre.

Excipiuntur multa, quæ i faciunt, & multa quæ
 e & i simul.

*Quadruplicia nomina faciunt abla-
 tiuum per i.*

i. Neutra in e, al, & ar: vt, mare ab hoc mari,
 animal ab hoc animali, calcar ab hoc calca-
 ri. Præter sal, far, nectar, & epar.

ii. Adiectiua in is, & er: vt, fortis à forti, acer
 ab aceri.

iii. Nomina mensium: vt, September à
 Septembri, December à Decembri.

iiii. Quæ accusatiuum per im faciunt: vt, tur-
 ris turrim à turri, tussis tussim à tussi, &c.

*Quintuplicia nomina faciunt ablatiuum
 per e & i simul.*

i. Adiectiua omnis generis vna terminatione: vt,
 felix felice vel felici. vetus vetere vel vete-
 ri, &c.

C

Præ-

Præter pauper, vber, sospes, &c. quæ rariùs neutro genere vsurpantur.

II. Comparatiua omnia: vt, maior, & maius, maiore & maiori.

III. Verbalia in trix adiectiuè vsurpata: vt, victrix victrice & victrici. vltrix vltrice & vltrici.

III. Quæ faciunt accusatiuum per em & im: vt, puppis à puppè & puppi, &c.

V. Hæc nomina: ignis, amnis, anguis, vnguis, auis, ciuis, supellex, & imber.

Nominatiuus pluralis desinit in es vel a, si neutra sunt.

OBSERVATIO.

Quædam habent ia, videlicet, quæ ablatiuum faciunt per i tantum, vel e & i simul: vt, maria, fortia, felicia, &c. præter vetus vetera. & comparatiua, maius maiora, melius meliora. Plus facit plura & pluria.

Genitiuus in um: vt, horum patrum.

Excipiuntur sextuplicia, quæ faciunt ium.

1. Quæ ablatiuum faciunt per i tantum, vel e & i simul: vt, animal animalium, fortis fortium, turris turrium, felix felicium, &c.

Præter comparatiua, maior maiorum, melior meliorum: plus tamen facit plurius.

Item, vetus veterum, inops inopum, memor memorum, vigil vigilum, supplex supplicum, artifex artificum, &c.

II. Quæ in duas consonantes desinunt: vt, pars partium, vrbs vrbiuum, trabs trabiuum, mons montium. Præter hyems hyemum,

prin-

princeps principum, cælebs cælibum, maniceps mancipum, foreeps forcipum, &c.

III. Quæ genitiuo singulari non crescunt: vt, mensis mensium, collis collium, sedes sedium, &c. Præter vates vatium, panis panum, iuuenis iuuenum; canis canum, volucris volucrum substantiuè, apis apum & apium.

III. Nomina in is longum: vt, lis litium, dis ditium, Quiris Quiritium, Samnis Samnitium, &c.

V. Pluralia: vt, vires virium, manes manium, sales salium, tres trium. Præter opes opum, proceres procerum, lemures lemorum.

VI. Hæc monosyllaba: os ossium, cor cordium, nix niuium, faux faucium, nox noctium, vas vadium, as assium, mas marium, mus murium, &c. bos facit boum.

Alituum pro alitum per Epenth esin dixit Virgil.

Epithesis est adiectio literæ vel syllabæ in medio dictionis.

Datiuus desinit in bus.

Excipiuntur neutra in ma, quæ duplices datiuos habent: vt, poema poematis & poematibus, epigramma, epigrammatis & epigrammatibus. bos facit bobus.

Accusatiuus desinit in es: vt, hos patres.

Græca faciunt accusatiuum Græcè per as: vt, crater, hos crateras, pro crateres: rhetor, hos rhetoras, pro rhetores.

Aliquando Accusatiuus effertur per antiquam diphthongum ei: vt, parteis, omneis: quod fit in nominibus desinentibus in duas consonantes, & facientibus genitiuum singulare nominatiuo similem.

C 2

D 2

DE QUARTA DECLINATIONE.

Quarta declinatio est, quae facit genitivum in us. Continet terminationes duas, us & u: vt, fructus, cornu.

Apud Terentium legitur, fructi, ornatu, tumulti, &c. antiquè in secunda declinatione. Item apud eundem anuis pro anus more veterum.

Datiuus in ui.

Hic aliquando fit Apocope: vt, parce metu, pro metu. Virg. Æneid. 1. Apocope est reiectio literæ vel syllabæ à fine dictionis.

Accusatiuus in um desinit.

Vocatiuus similis est Nominatiuo.

Ablatiuus in u desinit.

Nominatiuus pluralis in us, & a, si neutra sunt.

Genitiuus in uum.

Hic aliquando fit Syncope: vt currum pro curruum.

Datiuus in ibus: vt, si uelibus.

Excipiuntur pauca, quæ ubus faciunt: vt, acus, arcus, artus, ficus, lacus, portus, quercus, specus, tribus, & veru.

Accusatiuus in us & a.

DE QUINTA DECLINATIONE.

Quinta declinatio est, quae facit genitivum in ei. Continet terminationem unam, es: vt, species.

Genitiuus & Datiuus desinunt in ei: vt, huius species.

Antiqui sunt genitivi: die, si, de, pro diei, si, lei. Virgill. Libra die somnique paues ubi fecerit horas.

Cæteri casus non variant in hac declinatione.

OBSER

OBSERVATIO I.

De compositorum declinatione.

Composita ex duobus rectis, declinantur utriusque, vt, respublica, reipublicæ, rempublicam, &c.

Alteruter, alterius utrius habet, vel alterutrius, &c. Sic in cæteris casibus.

Composita ex recto & obliquo, declinantur tantum altera parte: vt, paterfamilias, patrisfamilias, patrifamilias, &c.

Dicitur tamen & paterfamilix & patresfamilix, & familiarum.

Composita ex duobus obliquis aptota sunt: vt, huiusmodi, eiusmodi, &c.

OBSERVATIO II.

De Anomalis Declinatione.

Quædam nomina variant declinationem: idque in eodem numero, vel in diuersis.

In eodem numero quadrupliciter.

I. Quædam sunt primæ & tertiæ declinationis: vt, hic Orestes, huius Orestæ & Orestis: hic Orontes; huius Orontæ & Orontis, &c.

II. Quædam secundæ & tertiæ: vt, sequester, huius sequestri & sequestris, Oedipus, Oedipi & Oedipodis, polypus, polypi & polypodis.

III. Quædam secundæ & quartæ: vt, hæc laurus, huius lauri & laurus: sic quercus, pinus, ficus, &c. Item colus, & domus, sed hoc non habet omnes casus secundæ declinationis.

Nam dome in singulari: domi & domis in plurali non dicitur.

C 3

Sic

Sic penus & specus in masculino & feminino genere.

Nam in neutro genere sunt tertie: vt, penus penoris, specus specoris.

ii. i. Quadam tertie & quinte: vt, hæc requies huius requietis & requici.

Quadam etiam sunt prima vel quinta: vt, materia vel materies, luxuria vel luxuries, &c.

In diuersis numeris duplici.

i. In singulari secunda, in plurali tertie: vt, hoc iugerum iugeri, &c. hæc iugera, iugerum iugeribus, &c.

ii. In singulari tertie, in plurali secunda: vt, hoc vas vasis, vasi, &c. hæc vasa vasorum vasis, &c.

DE PRONOMINIBVS.

Pronomen est dictio variabilis, quæ pro nomine posita idem penè significat: vt, Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui: meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cuius & cuias.

Pronomini accidunt nouem: Qualitas, Genus, Species, Numerus, Figura, Casus, Declinatio, Persona & Significatio.

Discrimen Qualitatis.

Pronomen est Finitum aut Infinitum. Finitum dicitur, quod definit certam personam: vt, ego, tu, sui, ille, &c.

Infinitum, quod non definit certam personam: vt sunt tria, quis, cuius & cuias, quæ plerique Grammatici inter nomina referunt.

Discrimen

Discrimen Generis.

Omnia Pronomina sunt generis Omnis.

Alia vna terminatione: vt, ego, tu, sui.

Alia duabus: vt, hic & hæc nostras, & hoc nostrate: Sic vestras vestrate, cuias cuiate.

Alia tribus: vt, ille illa illud, ipse ipsa ipsum, & cætera omnia.

Discrimen Speciei.

Pronomen est Primitiuum aut Deriuatiuum.

Primitiua sunt decem: ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui.

Deriuatiua sunt nouem: meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras, cuius, & cuias. Hæc deriuantur à genitiuis Primitiuorum, ego, tu, sui, & quis: vt, meus à mei, noster & nostras, à nostri, tuus à tui, vester & vestras à vestri, suus à sui, cuius, cuias, cuium, & cuias à cuius.

Discrimen Numeri.

Numeri Pronominum sunt duo: Singularis: vt, ego. Pluralis: vt, nos.

Discrimen Figure.

Pronomen est Simplex: vt ego: aut Compositum: vt, egomet.

OBSERVATIO. Pronomina composita sunt triplicia.

i. Quædam sunt composita ex duobus Pronominibus: vt, isthic ab iste & hic, ilhic ab ille & hic.

ii. Quædam ex Pronomine & Aduerbio: vt, idem, ab is & demum: eccum ab ecce eum: ellum ab ecce illum.

III. Quædam ex Pronomine & syllabica adiectione: quales sunt quinque, met, te, ce, pte, & cine.

met componitur cum ego, tu, sui, per omnes casus: ut, egomet, meimet, mihimet, &c. tutemet, tuiimet, tibimet, &c. suimet, sibimet, &c.

te componitur tantum cum tu & te: ut, tute, tete. ce componitur cum pronomine hic: ut, hicce, huiusce, huncce, hosce. Et cum Genitio eius: ut, eiusce.

pte componitur cum ablatiuis, in ea, tua, sua, nostra, vestra: ut, meapte, tuapte, suapte, nostrapte, vestrapte.

cine componitur cum Pronominibus in c desinentibus: ut, hiccine, illicine.

Discrimen casus.

Casus Pronominum sunt sex: Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus & Ablatiuus.

OBSERVATIO.

Omnia Pronomina carent Vocatiuo: præter tu, meus, & noster.

Discrimen Declinationis.

Declinatio Pronominum est triplex.

I. Quædam planè sequuntur declinationem nominum: ut, meus, tuus, suus, noster, vester, & cuius cuncta cuium, secundæ & primæ: nostras, vestras & cuias tertie.

II. Quædam nulla ex parte sequuntur declinationem nominum: ut, ego, tu, sui.

III. Quædam habent declinationem mixtam: ut, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui.

Discrimen

Discrimen Personæ.

Personæ sunt tres:

Prima est quæ loquitur: ut, ego.
Secunda ad quam loquimur: ut, tu.
Tertia de qua loquimur: ut, ille, cum omnibus cæteris Pronominibus.

Discrimen Significationis.

Significatio Pronominum est quintuplex.
Demonstratiua dicuntur, quæ demonstrant personam vel rem præsentem: ut sunt, ego, tu, hic, iste, ipse, & ille. Ex quibus ille, & ipse sæpe etiam relatiuè vsurpantur.

Relatiua quæ referunt dictionem antecedentem: ut, is sui & qui.

Ex his sui etiam vocatur reciprocum, eò quòd redit ad eandem personam quæ præcessit: ut pater rogat ut venias ad se, id est, ad patrem. Eadem vis est in suus quod inde deriuatur.

Interrogatiua dicuntur, quibus interrogamus: ut, quis, cuius, & cuias.

Possessiua quæ possessione significant: ut, meus, tuus, suus, noster & vester.

Gentilia quæ gentem vel patriam significant: ut, nostras, vestras.

DE VERBIS.

Verbum est dictio variabilis, quæ significat actionem aut passionem.

Verbo accidunt nouem: Qualitas, Genus, Species, Numerus, Figura, Persona, Modus, Tempus & Coniugatio.

Discrimen Qualitatis.

Verbum est Personale aut Impersonale.

Verbum Personale dicitur, quod habet ante se nominatiuum certæ personæ: vt, ego amo, tu amas, ille amat, &c.

Impersonale quod non habet ante se nominatiuum certæ personæ: vt, pœnitetur, statuitur.

Impersonalia sunt duplicia: Actiuæ vocis, & Passiuæ vocis.

Impersonalia actiuæ vocis dicuntur, quæ in t desinunt: vt sunt hæc, interest, refert, miseret, pudet, piget, pœnitetur, tædet, decet, iuuat, delectat, oportet, accidit, euenit, contingit, vacat, præstat, restat, libet, licet, liquet, placet, constat, sufficit, expedit, conducit, solet & potest.

Hæc omnia etiam personaliter usurpata inueniuntur: præter miseret, piget, pœnitetur, tædet, oportet.

Impersonalia passiuæ vocis dicuntur, quæ in tur desinunt: vt, curritur, statuitur.

Hæc certum numerum non habent, quia veniunt ab omnibus actiuis & neutris: vt, amatur ab amo, statuitur à sto, viuuntur à viuo, &c.

Discrimen Generis.

Genera Verborum sunt quinque, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune, & Deponens. Hæc Verborum significationem ostendunt.

De Actiuis.

Actiuæ in o desinunt, & accepta r fiunt passiuæ: vt, amo, doceo.

Significant omnia actionem, eamque transitiuam

uam, tam in personam, quam in rem: vt, amo patrem, amo literas.

De Passiuis.

Passiuæ in or desinunt, & abiecta r fiunt rursus actiuæ: vt, amor, doceor.

Significant omnia passionem, eamque procedentem à persona: vt, amor à patre.

De Neutris.

Neutra in o desinunt, & non accipiunt r, vt, Actiuæ: vt, aro, bibo.

Significant quædam actionem, eamque vel transitiuam in rem: vt, aro terram, bibo vinum, vel absolutam: vt, sto, venio, ambulo.

Quædam passionem, sed non procedentem à persona: vt, caleo, frigeo: nam non dicimus caleo à patre, &c.

OBSERVATIO I.

Neutra, quæ actionem transitiuam significant, faciunt ex se passiuæ in tertia persona: vt, aro terram, terra aratur: bibo vinum, vinum bibitur.

OBSERVATIO II.

Tria sunt neutra, quæ significant passionem à persona procedentem: fio, venio, & vapulo: vt, vapulo à præceptore, id est, verberor.

Hæc Neutra passiuæ vocantur.

OBSERVATIO III.

Inter neutra numerantur tria verba substantiuæ: sum, forem, & existo: quæ substantiam rei, non actionem aut passionem significant.

De Certis.

De Communibus & Deponentibus.

Communia & Deponentia in or desinunt, & non abiiciunt r, vt passiva.

Communia significant actionem & passionem: vt, tueor te, tucor à te.

Talia fuerant: amplector, consolor, dignor, agredior, adipiscor, sector, obliuiscor, meditor, veneror, detestor, interpretor, testor, experior, & cetera ferè omnia que nunc sunt Deponentia, quia passivam significationem deposuerunt.

Horum passiva significatione in participiis adhuc usitata est: vt, meditatus, testatus, veneratus, oblitus, expertus.

Deponentia significant actionem: quedam transiuiam: vt, sequor patrem, loquor mendacium. Quedam absolutam: vt, lætor, glorior, philosophor, irascor, &c.

OBSERVATIO.

Quædam verba variant genus, eaque sunt duplicia.

I. Actiua & neutra: ruo, offendo, vario, &c. vt, cæteros ruerem, apud Terent. Et vrbs antiqua ruit, apud Virgil.

II. Neutra & deponentia eiusdem significationis: vt, assentio assentior.

Comperio comperior. Fabrico fabricor.

Iurgo iurgor. Munero muneror.

Populo popolor. Stabulo stabulor, &c.

Discrimen Speciei.

Verbum est aut Primitiuum: vt, lego, dico: aut Deriuatiuum: vt, lectito, dictito.

Deriuantur verba vel à nominibus, vel à verbis.

A no-

A nominibus deriuantur duplicia: Imitatiua & Denominatiua.

De Imitatiuis.

Imitatiua dicuntur, quæ imitationem significant: vt, patrisso, Atticisso, Græcor, vulpinor, cornicor, &c.

De Denominatiuis.

Denominatiua dicuntur quæ à nominibus veniunt, & propriam appellationem non habent: vt, lignor, frumentor, aquor, rusticor, &c.

A verbis deriuantur quadruplicia: Inchoatiua, Frequentatiua, Desideratiua, Deminutiua.

De Inchoatiuis.

Inchoatiua in s̄co desinunt: vt, lucesco, caleasco, ardesco, &c.

Significant ferè inchoationem: vt, ardesco, id est, incipio ardere. caleasco, id est, incipio calere.

Formantur à secunda persona: vt, lucesco à lucet, caleasco à calet, ardesco ab ardet, &c.

Quædam autem etiam à nominibus formantur: vt, ægresco ab æger, dulcesco à dulcis, repuerasco à puer, &c.

De Frequentatiuis.

Frequentatiua desinunt in to, so, xo, aut eo, vt, clamito, pulso, nexo, fodico, &c.

Significant frequentem actionem: vt, clamito, id est, frequenter clamo. pulso, id est, frequenter pello. fodico, id est, frequenter fodio.

Formantur quædam à supinis: vt, tracto à tractu, verso à versu: sic clamito à clamatu, cœnito à cœnatu, a in i mutata. Item cantito à cantatu,

cantatu, dictato à dictatu, &c. quæ frequentatiua ab aliis frequentatiuis formantur.

Quædã à secunda persona: vt, agito, ab agis, fugito à fugis, fodico à fodis, quærito à quæris.

Sunt etiam frequentatiua deponentia: vt, fector à sequor, commentor à comminifcor, amplexor ab amplector.

De Desideratiuis.

Desideratiua in rio desinunt: vt, esurio, parturio.

Significant desiderium: vt, esurio, id est, cupio edere; parturio, id est, cupio parere.

Formantur à supinis: vt, esurio ab esu, parturio à partu. Præter scaturio à scateo.

De Deminutiuis.

Deminutiua dicuntur, quæ in lo desinunt: vt, cantillo, sorbillo.

Significant deminutionem sui primitiui: vt, cantillo, id est, paruum aut submissa voce canto.

OBSERVATIO.

Sæpe deriuatiua pro ipsis primitiuis vsurpantur: vt, hisco pro hio, capesso pro capio, scaturio pro scateo.

Discrimen Numeri.

Numeri verborum duo sunt: Singularis: vt, amo; Pluralis: vt, amamus.

Discrimen Figure.

Verbum est aut Simplex: vt, linquo, taceo.

Aut compositum: vt, relinquo, conticeo: Aut

Decompositum: vt, derelinquo, conticesco.

OBSERVATIO.

Componuntur verba vel ex duobus integris: vt, aduenio.

aduenio, vel ex duobus corruptis: vt, afficio, vel ex integro & corrupto: vt, adiicio, affero. In corruptis obseruanda sunt literarum mutationes: vt, afficio pro adfacio.

OBSERVATIO II.

Quædam sunt composita à simplicibus inuitatis: vt, defendo & offendo à fendo; aspicio; respicio à specio; deleo à leo, & similia.

Discrimen Personæ.

Personæ Verborum sunt tres: Prima: vt, ego amo, nos amamus. Secunda: vt, tu amas, vos amatis. Tertia: vt, ille amat, illi amant.

Discrimen Modi.

Modi Verborum sunt quinque.

Indicatiuus est quo indicamus aliquid: vt, Petrus discit lectionem.

Imperatiuus, quo imperamus: vt, discite tu lectionem.

Optatiuus, quo optamus: vt, vtinam scirem lectionem.

Potentialis modus vocatur, quando verbum per debet vel potest exponitur: vt, quid facerem, pro debebam facere, diceret, pro posset dicere. hic modus voco idem est cum Optatiuo & Subiunctiuo.

Subiunctiuus, qui subiungitur alteri verbo, alioqui per se, non absoluit sententiam: vt,

Nihil metuo cum sciam lectionem.

Infinitiuus, qui non definit certam personam aut numerum: vt, amare, discere.

His quinque modis adduntur duo: modus gerundi seu Gerundium & Supinum.

Gerun-

Gerundium est, quo significamus aliquid gerere vel administrare. Huius tres sunt terminationes: amandi amando amandum: vt, Cæsar venit ad oppugnandum urbem.

Supinum habet duas terminationes um & u: vt, amatum amatu. Horum prius actiuè exponitur: vt venio spectatum, id est, spectare. Posterius passiuè: vt turpe dictu, id est, dici.

Discrimen temporis.

Tempora Verborum sunt quinque:

Præsens, quod significat actionem præsentis temporis: vt, amo.

Præteritum imperfectum quod significat actionem imperfectam: vt, amabam.

Præteritum perfectum, quod significat actionem perfectam: vt, amavi.

Præteritum plusquamperfectum, quod significat actionem plusquamperfectam: vt, amaui.

Futurum, quod significat actionem futuram: vt, amabo.

De Coniugatione.

Coniugatio est variatio verbi per modos, tempora & personas.

Coniugationes verborum sunt quatuor.

In quibus omnibus prima consideratio est Præteriti perfecti & Supini. Nam à Perfecto formantur tempora, quæ desinunt in ram, sem, rim, ro, se. A Supino formatur Præteritum Passiuorum & Deponentium: Item Futurum Infinitiu.

OBSERVATIO.

Composita in Præteritis geminationem simplicium non retinent: vt, pendo pependi, suspendo sus-

do suspendi, &c. Præter composita: a do, sto, disco & posco: vt, circumdedit, astiti, edidici, depoposci.

DE PRIMA CONIUGATIONE.

Prima Coniugatio est, quæ habet in Infinitiuo longum ante re, vel ri: vt, amare, amari.

Regula de Præteritis & Supinis.

Verba primæ coniugationis habent in præterito aui, in supino arum: vt, amo amaui amatum.

Excipiuntur.

Do dedi datum cum compositis: circumdo, pessumdo, venumdo, satumdo, &c.

Sto steti statum. Præsto præstiti præstatum, & præstitum, sic cætera composita.

Iuuo iuui iutum.

Lauo laui lotum lautum & lautum.

Crepo crepui crepitem. At increpo increpui increpitem, & increpui increpitem, pro obiurgo.

Domio domui domitum.

Sono sonui sonitum.

Tono tonui tonitum.

Veto vetui vetitum. aui, arum.

Seco secui sectum.

Mico micui. Emico emicui, sine Supino.

Sed Dimico dimicui & dimicui, dimicatum.

Frico fricui frictum & fricatum.

Poto potui potum & potatum.

Neco necui nectum & necui nectum.

Plico plicui plicitum & plicui plicatum.

Sic composita cum præpositionibus: implico, explico, applico, &c. At duplico duplicui duplicatum.

50. GRAMMATICA
plicatum, triplico triplicavi triplicatum. &
cetera cum hominibus composita.

Cæno cœnauī & cœnatus sum.

DE SECUNDA CONIUGATIONE.

Secunda coniugatio est, quæ habet in Infinitiuo
longum ante se vel si: vt, docere, doceri.

REGVLA.

Verba secunde coniugationis habent in præterito
to ui, in supino itum: vt

Habeo habui habitum.

Debeo debui debitum.

Multa, neutra supinis carent: vt, calco, rubeo,
horreo, &c.

Excipiuntur in beo.

Iubeo iussi iussum.

Sorbeo sorbui & sorpsi sorptum.

C. E. O.

Doceo docui doctum.

Misceo miscui mixtum & mistum.

Luceo luxi, absque supino.

Mulceo mulsi mulsum.

D. E. O.

Ardeo arsi arsum.

Rideo risi risum, si sum.

Suadeo suasi suasum.

Video vidi visum.

Sedeo sedi seditum.

Strideo stridi, absque supino: di sum.

Mordeo momordi morsum.

Spondeo spondei sponsum.

Tondeo totondi tonsum.

Pendeo

LATINA.

Pendeo pependi, absque supino.

Prandeo prandi & pransi sum.

Audeo ausus sum.

Gaudeo gauisus sum, more passiuorum.

Medeor, caret præterito.

G. E. O.

Tergeo tersi tersum.

Fulgeo fulsi fulsum.

Mulgeo mulsi mulsum.

Indulgeo iudulsi indultum.

Algeo alsi, Turgeo tursi, Urgeo ursi, sine
supinis.

Augeo auxi auctum.

Lugeo luxi luctum.

Frigeo frixi.

L. E. O.

Deleo deleui deletum, ab antiquo leo.

Fleo fleui fletum.

Impleo impleui impletum, sic repleo,
compleo, &c.

Oleo oliui olium & oliui oliatum fecit.

Hinc exoleo exoleui exoletum.

Obsoleo obsoleui obsoletum.

Aboleo aboleui aboletum & abolitum.

Oboleo oboleui & oboliui obolitum.

Inoleo inoleui inolitum.

Adoleo adoleui & adoliui adultum.

Redoleo redoleui & redoliui redolitum.

Peroleo peroleui, absque supinis.

Suboleo suboleui, absque supinis.

Soleo solitus sum, more passiuorum.

N. E. O.

Teneo tenui tentum.

D.

Nco

Neo neui nectum.
Maneo mansi mansum. Sic & composita
præter emineo eminui, & immineo immi-
nui, quæ a in i mutant.

Q V E O.

Torqueo, torxi tortum.

R E O.

Careo carui caritum & cassum.

Hæreo hæsi hæsum.

Torreo torxi tostum.

Mereor merui meritum.

Mercor merui & meritus sum.

Mœreo mœstus sum.

Reor ratus sum.

Misereor misertus sum.

S E O.

Censeo censui censum.

T E O.

Pateo patui passum.

Fateor factus sum.

Confiteor confessus sum. Sic cætera com-
posita.

M O U E O.

Moueo moui motum.

Foueo foui fotum.

Voueo voui votum.

Cauco caui cautum.

Fauco faui fautum.

Paueo paui abque supino.

Ferueo ferui & ferbul a ferbeo.

Coniueo conuiui & conuixi.

E O P V R V M.

Vico vicui vietum.

Cicero

Cicero cuius citum, penultima breui.

Tueor tuitus sum.

DE TERTIA CONIUGATIONE.

Tertia coniugatio est, quæ habet e breue ante
re in Infinitiuo: vt, lego legere, vel in secun-
da persona Indicatiui presentis: vt, loquor loque-
ris vel loquere, &c.

Verba tertiæ coniugationis variè faciunt præter-
ita & supina.

I N B O.

Scribo scripsi scriptum.

Nubo nupsi nuptum.

Bibo bibi bibitum.

Lambo lambi lambitum.

Scabo scabi sine supino.

Incumbo incubui incubitum: Sic cætera à
cubo, quæ in tertiâ coniugatione in adsciscunt.

Labor, lapsus sum.

C O.

Dico dixi dictum.

Duco duxi ductum.

Ico ici ictum.

Vinco vici victum.

Parco peperci & parsi parsum.

Comparco comparsi comparsum.

Cresco creui cretum.

Quiesco quieui quietum.

Suesco sueui suetum.

Nosco noui notum. Ignosco ignouui igno-
rum: sed agnosco agnouui agnitum, cognos-
co cognouui cognitum.

Pasco paui pastum.

D 3

Com-

Compesco compescui compescitum.
 Dispesco dispescui dispescitum.
 Posco poposci, absque supinis.
 Disco didici.
 Glisco, caret praterito & supino.
 Inchoatiua habent eadem praterita cum primitiuis: vt, caleſco calui à caleo.
 Tremisco tremui.
 Obdormisco obdormiui.
 Aut prateritis carent: vt, hisco, fatisco, labasco, &c.

I N C O R

Deponetia

Adipiscor adeptus sum.
 Commiscor commentus sum.
 Remiscor, caret praterito.
 Defetiscor defessus sum.
 Expergiscor experrectus sum & expergitus.
 Irascor iratus sum.
 Nascor natus sum.
 Nanciscor nactus sum.
 Obluiscor oblitus sum.
 Paciscor pactus sum.
 Profiscor profectus sum.
 Vliscor vlus sum.
 Vescor caret praterito.

D O

Claudo clausi clausum.
 Plaudo plausi plausum. Explodo si sum.
 Rado rasi rasum. Vado vasi vasum.
 Lado laſi laſum, Elido elisi elisum, &c.
 Ludo lusi lusum.
 Rodo

Rodo rosi rosum. si sum.
 Trudo trusi trusum.
 Diuido diuisi diuisum.
 Cedo cessi cessum.
 Edo edi esum. Ambedo ambedi ambesum.
 Comedo comedi comesum & comestum.
 Cudo cudi cusum.
 Rudo rudi, sine supino. di sum.
 Sido caret praterito & supino.
 Mando mandi mansum.
 Scando scandi scansum.
 Præhendo præhendi præhensum.
 Accendo accendi accensum.
 Defendo defendi defensum.
 Fundo fudi fusum.
 Findo fidi fissum.
 Scindo scidi scissum.
 Pando pandi passum & pansum.
 Cado cecidi casum. Occido occidi occasum.
 Cædo cecidi cæsum. Occido occidi occi.
 Præcido præcidi præcisum, &c.
 Pedo pepedi, sine supino.
 Pendo pependi pensum.
 Tendo tetendi tensum & tenrum.
 Tundo tutudi tusum & tunsum.
 Contundo contudi contusum tantum, &c.
 Addo addidi additum.
 Reddo reddidi redditum, &c. a do composita.
 Fido fisis sum more palliudrum.
 Mergo mersi mersum.
 Spargo sparsi sparsum.
 Vergo caret praterito & supino.

Rego rexi reatum. regis rex obit
 Sugo suxi suctum. sugis sux obit
 Affligo afflixi afflictum. affligis afflixi obit
 Ango anxii anatum. angis anxii obit
 Cingo cinxi cinctum. cingis cinxi obit
 Tingo tinxi tinctum. tingis tinxi obit
 Iungo iunxi iunctum. iungis iunxi obit
 Mungo munxi munctum. munxis munxi obit
 Vngo vnxi vnatum. vngis vnxi obit
 Ningo nixi, absque supino. ningis nixi obit
 Stingo stinxi stinctum. stingis stinxi obit
 Fingo finxi fictum. Pingo pinxi pictum. pingis pinxi obit
 Mingo minxi mictum. mingis minxi obit
 Ringo rinxi rictum. ringis rinxi obit
 Stringo strinxi strictum. stringis strinxi obit
 Figo fixi fixum. figis fixi obit
 Ago egi actum. Cogo coegi coactum. cogis coegi obit
 Dego degi, absque supino. degis degi obit
 Frango fregi fractum. Effringo effregi effra-
 ctum, &c. frangis fregi obit
 Lego legi lectum. Eligo elegi electum. legis legi obit
 Sic caetera composita praeter tria. legis elegi obit
 Diligo dilexi dilectum. diligis dilexi obit
 Negligo neglexi neglectum. negligis neglexi obit
 Intelligo intellexi intellectum. intelligis intellexi obit
 Tango tetigi tactum. Attingo attingi attatum. tingis tetigi obit
 Pango pepigi & panxi pactum. pingis pepigi obit
 Impingo impegi impactum, &c. impingis impegi obit
 Pungo pupugi & punxi punctum. pungis pupugi obit
 Repungo repupugi & repunxi repunctum. repungis repupugi obit
 Compungo compunxi compunctum. compungis compunxi obit
 Dispungo dispunxi dispunctum. dispungis dispunxi obit
 Fungor functus sum. fungis fungor obit

H O.

Veho vexi vectum. vohis vexi obit
 Traho traxi tractum. trahis traxi obit
 L O. latis latis obit
 Colo colui cultum. colis colui obit
 Consulo consului consultum. consulis consului obit
 Occulo ocului occultum. oculis ocului obit
 Molo molui molitum. molis molui obit
 Alo alui alitum & altum. alio alui obit
 Volo volui, Nolui nolui, Malo malui. volis volui obit
 Excello excellui excelsum. excellis excellui obit
 Praecello praecellui praecellsum. praecellis praecellui obit
 Antecello antecellui, sine supino. antecellis antecellui obit
 Fallo fefelli falsum, Refello refelli, absque su-
 Pello pepuli pulsium. pellis pepuli obit
 Repello repuli repulsium. repellis repuli obit
 Vello velli & vulsi vulsum. vellis velli obit
 Sallo falli falsum. sallo falli obit
 Psallo psalli, sine supino. psallis psalli obit
 Tollo sustuli sublatum. tollo sustuli obit
 M O. molis molui obit
 Como comsi comtum. comis comsi obit
 Demo demsi demtum. demis demsi obit
 Promo promsi promtum. promis promsi obit
 Sumo sumsi sumtum. sumis sumsi obit
 Fremo fremui fremitum. fremis fremui obit
 Tremo tremui, sine supino. tremis tremui obit
 Vomovomui vomitum. vomis vomui obit
 Emo emi emtum. emis emi obit
 Redimo redemi redemtum. redimis redemi obit
 Premo pressi pressum. premis pressi obit
 N O. nohis nohis obit
 Sperno spreui spretum. spernis spreui obit
 D S. dehis dehis obit
 Sterno sternis sternis obit

Sterno stravi stratum. Sino sui situm.
 Lino leui litum. Relino releui relitum.
 Cerno creui cretum.
 Temno temsi temtum. O I

Per Apharesin temno dicitur pro contemno. Apharesis est reiectio litera vel syllaba in principio dictionis.

Gigno genui genitum.
 Pono posui positum.
 Cano cecini cantum. *sed* Occino oecinui occentum. Succino succinui succentum.

Carpo carpsi carptum.
 Serpo serpsi serptum.
 Repō repsi reptum.
 Scalpo scalpsi scalptum.
 Sculpo sculpsi sculptum.
 Rumpo rupi ruptum.
 Strepo strepui strepitum.

Q V

Coquo coxi coctum.
 Linquo liqui lictum. O M

R

Terotriui tritum.
 Quæro quæsiui quæsitum.
 Sero seui satum & serui sertum.
 Confero conseui consitum.
 Confero conferui confertum.
 Sic infero in seui insitum & inferui infertum.
 Assero asserui assertum.
 Dissero disserui dissertum.
 Exero exerui exertum.
 Gero gessi gestum.

Verro

Verro verri versum.
 Vro vssi vstum.
 Curro cucurri cursum.
 Excuro excurri & excucurri excursum. Sic
 Præcuro præcurri & præcucurri præcursum, &c. Fero tuli latum.

Per Prosthesisin tetuli pro tuli legitur apud Terentium. Prosthesis est adiectio litera vel syllaba in principio dictionis.

Furo carei praterito & supino.
 Quæro quæsiui quæsitum.

Accerso accersui accersitum.
 Lacesso lacessiui laceffitum.

Viso visi visum.
 Facecco facecui faceffitum.

Incesso incesi
 Capesso capessi
 Pinfo pinfoi pistum.

Flecto flexi flexum.
 Necto nexi & nexui nexum.

Pecto pexi & pexui pexum.
 Plecto plexi & plexui plexum.

Meto messiui messum.
 Peto petiui petitum.

Mitto misi missum.
 Verro verti versum.

Sterto stertui.
 Sisto stiti. Sic Resisto restiti, &c.
 Amplector amplexus sum.
 Complector complexus sum.
 Diuertor diuerti, voce actiua.

Reuertor

Reuertor & reuerti & reuersus sum,
Nitor nifus & nixus sum.
Vtor vsus sum.

V. O.

Soluo solui solutum.
Voluo volui volutum.
Viuo vixi victum.

X. O.

Texo texui textum.

O. P. V. R. V. M.

Facio feci factum, Efficio effeci effectum.
Iacio ieci iactum. Eicio eieci eiectum, &c.
Aspicio aspexi aspectum. Sic cetera à specio:
Allicio allexi allectum. Sic cetera à lacio:

prater Elicio elicui elicutum.

Fodio fodi fossum.

Fugio fugi fugitum.

Capio cepi captum.

Rapio rapui raptum.

Cupio cupiui cupitum.

Sapio sapiui & sapui, Desipio desipui, &c.

Pario peperi partum, hinc pariturus.

Quatio quassi quassum.

Percutio percussi percussum, &c.

Induo indui indutum.

Imbuo imbui imbutum.

Arguo argui argutum.

Diluo dilui dilutum.

Fluo fluxi fluxum.

Pluo plui & pluui plutum.

Struo struxi structum.

Luo lui,

Metuo metui, absque supinis.

Ruo

Ruo rui rutum & ruitum.
Diruo dirui dirutum, &c.
Fruor fruitus sum. Tuor tutus sum.
Moriō mortuus sum.
Orior ortus sum.
Potior potitus sum.

DE QUARTA CONIUGATIONE.

Quarta Coniugatio est, quæ habet i longum
ante re vel ri in Infinitiuo: vt, audio audi-

re, audior audiri, &c. Verba quartæ coniugationis habent in præterito
iui, in supino itum vt, audio audiui auditum.

Hic Syncope frequens est: vt, Audij audiisti audist.

Excipiuntur

Vincio vixi vinctum.

Sancio sanxi sanctum.

Farcio farsii fartum.

Refercio referri refertum.

Sarcio sarsii sartum.

Fulcio fulsi fultum.

Raucio rausi rausum.

Saliō salij & salui saltum.

Exilio exilij & exilui exultum, &c.

Sepelio sepeliui sepultum.

Haurio hausi haustum.

Aperio aperui apertum.

Operio operui opertum.

Comperio comperi compertum.

Reperio reperi repertum.

Sentio sensi sensum.

Experior expertus sum.

Comperior comperi, voce actiua.

Metior

Metior mensus sum. Ordior orsus sum.

Observatio de Coniugatione

Imperfonalium

Imperfonalia tam actiua quam passiva vocis coniugantur vt personalia in tertia persona: vt, Oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit, &c. Statum, stabatur, statum est, statum erat, stabitur, &c.

A miseret, tamen praeteritum est miserum est, pro miseruit. Et a tader pertaxum est, praeduit.

Observatio de Heteroclitis

Quaedam verba variam Coniugationem, eaque sunt triplicia:

I. Quaedam prima & tertia: vt Lauo lauas lauare: & Lauo lauis lauere.

II. Quaedam secunda & tertia: Ferueo ferues Fulgeo fulges Olco oles Strideo strides Sugeo suges Tergeo terges Tueor tueris

Feruo fertis. Fulgo fulgis. Olo olis, militare. Et Strido stridis, &c. Sugo sugis. Tergo tergis. Tuor tueris.

III. Quaedam tertia & quarta: Fodio fodis fodire. Lino linis linere. Sallo fallis fallere. Et Orior oriris. Morior moriris. Potior poteris.

Fodio fodis fodire. Lino linis linere. Sallo fallis fallere. Et Orior oriris. Morior moriris. Potior poteris.

Observatio III. de Anomalis & Defectiuis.

Quaedam verba non sequuntur Analogiam quorū superiorum Coniugationum: vt, sum, volo, fero, fio, eo & queo, cum compositis, quorum Coniugatio debet esse pueris notissima.

Sic edo es est, plur. edimus estis edunt, pro edo, edis, &c.

Imperat. es, este, pro ede edite. Opt. & Sub. essem esses esset, &c. pro ederem, &c. Inf. esse pro edere.

Observanda hic est vltima Apocope in Imperatiuis verborum, dico, duco, facio, fero: qua habent dic, duce, fac, fer: pro dice, duce, face, fere, differentia causa.

Item Paragoge in Infinitiuis passiuorum & deponen- tium. At pulchrum est digito monstrari & dici, hic est. Perf. Paragoge est adiectio littera vel syllaba in fine dictionis.

Huc pertinent Defectiua, quae modis & tempo- ribus certis deficiunt.

Imperat. aio ais ait. Plur. aiunt. Imperfect. aie- bam aiebas aiebat, &c. Subiunctiuus, aiat. Par- ticipium aiens.

Ave, salve, vale.

Imperatiuus, aue, auere, aueto aueroto. In- fin. auere. Sic salue & vale; dicitur & saluebis.

Optat. & Subiunct. ausim ausis ausit. Pluralis ausint.

Cedo tantum pro die aut perige usurpatur, Cedo manum.

FAXO in Indicativu futuro dicitur, pro faciam. Optat. & Subiunct. faxim faxis faxit: Plural. faxint.

FOREM. Optat. & Subiunct. forem forēs foret: Plural. forent: Infinitivum Futurum, fore. Sic composita afforem, deforem.

INQUIO. Præfens, inquit vel inquam inquis inquit. Plural. inquit. Imperf. inquebat. Perfect. inquisti inquit. Futur. inques inquiet. Imperat. inque inquit.

INSTIT. Infit tantum in usu est pro ait, siue cepit. Virgil. ita fariet infit.

QUÆSO. Præf. quæso: Plural. quæsumus.

ODI, MEMINI, COEPI. Hæc verba carent iis temporibus quæ à præfenti formantur: & tamen præteriti voce etiam præfentis significationem habent: vt, odi odisti odit, &c. oderam, odissem, oderim, odero, odisse.

Memini autem etiam Imperatiuum habet, memento, & mementote.

Hic additur fœui, quod tamen venit à nosco.

DE PARTICIPIIS.

Participium est dictio variabilis, quæ à verbo deriuata, partem capit tam à nomine, quàm à verbo.

Nam declinatur per genera & casus, vt Nomen: & cum tempore significat actionem aut passionem, vt Verbum.

Participio accidunt septem: Genus, Numerus, Figura, Casus, Declinatio, Tempus & Significatio.

De Genere. Participia sunt generis Omnis: quæ in ns desinunt, vna terminatione: vt, hic & hæc & hoc amans, legens: cætera omnia tribus: vt, hic lectus hæc lecta hoc lectum, &c.

De Numero. Numeri participiorum sunt duo: Singularis: vt, amans: Pluralis: vt, amantes.

De Figura. Participium est, aut Simplex: vt, spirans: aut Decompositum: vt, respirans, quia, venicia, compositio respiro.

De casu. Casus Participiorum sunt sex: vt, & Nominum.

De Declinatione. Participia in ns sunt tertiae declinationis: cætera omnia secunde & primæ.

Notandum hic est anomalum, iens euntis eunti euntis: cum compositis abiens, rediens.

De Tempore. Tempora Participiorum sunt tria: Præfens, Præteritum & Futurum.

Præfentis temporis sunt, quæ desinunt in ns. hæc formantur à præterito imperfecto, vltima syllaba mutata in ns: vt, amabam, amans, legebam, legens, iens ab ibam assumit.

Præteriti temporis sunt, quæ desinunt in tus, sus, xus: hæc formantur ab vltimo supino: vt, amatus ab amatu, visus à visu, pexus a pexu.

Participii Futuri

Futuri temporis sunt, quæ desinunt in *rus* & *rus*.
 Quæ in *rus* desinunt, formantur à supino: vt, amaturus ab amatu: quæ in *rus*, à participio præsentis: vt, amandus ab amans, legendus à legens.
 Eticiendus, gerendus & similia per *Antithesin* dicuntur pro eticiendus, gerendus. *Antithesis est litera pro litera passio.*

De Significatione.

Participium habet significationem actiuam aut passiuam, vt verbum de quo deriuatur.

Ab Actiuis veniunt duo Participia, Præsens & Futurum in *rus*: vt, amans & amaturus ab amo.

A Passiuis veniunt duo Participia, Præteritum & futurum in *rus*: vt, amatus & amandus ab amor.

A Neutris veniunt item duo, vt ab Actiuis, Præsens & Futurum in *rus*: vt, stans & staturus à sto.

A quibusdam Neutris veniunt tria, quæ videlicet præteritum faciunt more passiuorum: vt, gaudens, gauisus & gauisurus à gaudeo: audens, ausus & ausurus ab audeo: cœnans cœnatus & cœnatus à cœno.

Aratus, arandus: dormiendus & similia, veniunt à passiuis aratur, dormitur, &c. Talia sunt apud Poetas plurima, laboratus, regnatus, erratus, carendus, &c. quorum passiva tamen non sunt in usu.

A Deponentibus veniunt tria Participia, Præsens, Præteritum & Futurum in *rus*: vt, sequens, secutus & secuturus à sequor: quibus sæpe accedit quartum in *rus*, maxime in iis, quorum præterita ad huc passiuè inueniuntur: vt, sequendus, horandus, venerandus, amplectendus, consolandus, &c.

OBSER.

OBSERVATIO.

Participia sæpe sunt nomina, idque quatuor modis.

I. Compositione: vt, indoctus. nam indoctor non dicitur.

II. Constructione seu regimine: vt, amans pecuniaz. Dicendum enim esset, amans pecuniam.

III. Amissione temporis: vt, doctus pro homine gnaro & doctrina prædito, amandus pro homine amabili.

III. Comparatione: vt, amans amantior amantissimus, &c.

DE ADVERBIIS.

Adverbium est dictio inuariabilis, quæ adiicitur verbo ad explicandam eius circumstantiam.

Adverbio accidunt tria: Species, Figura, & Significatio.

De Specie.

Adverbium est aut Primitiuum: vt, cras, heri: aut Deriuatum: vt, fortiter, viriliter.

De Figura.

Adverbium est aut Simplex: vt, cras: aut Compositum: vt, interdiu, postea: aut Decompositum: vt, imprudenter, posteaquam.

De Significatione.

Significationes Adverbiorum sunt multæ.

Quædam enim sunt Loci, eaque quadruplicia. Loci

I. In loco: vt, hic, illic, istuc, ibi, vbi, vbique, vbicunque, alibi, intus, foris, &c.

II. Ad locum: vt, huc, illuc, istuc, ed, quod, aliquid, quocunque, intro, foras, &c.

E 2

Et quæ

Et quae versus locum significant: vt, introrsum, retrorsum, sursum, deorsum, quorsum, dextrorsum, leuorsum, &c.

De loco: vt, hinc, illinc, istinc, inde, unde, aliunde, caelitus, funditus, radicitus, inferne, superne.

Per locum: vt, haec, illae, istae, ea, quae, &c. Vnde significat peregre & nusquam: Dicimus enim, peregre absum, peregre abeo, peregre domum redeo: & nusquam appa- rere, nusquam discessit.

OBSERVATIO

Quaedam Aduerbia loci, aliquando tempus significant: vt, Terent. in Eunuch. vbi videt me homo esse in tantum honorem, ibi cepit me obsecrare, &c.

Tempore

Tempore: vt, hodie, heri, nunc, nuper, cras, perendie, aliquando, iam, tum, mane, sero, semper, pridem, dudum, olim, quondam, nudius tertius, nudius quartus, &c.

Vnde & loci & temporis aduerbium est: vt, ad flumen vsque persecutus est hostem: ad ho- ram vsque octauam.

Numeri

Numeri: vt, semel, bis, ter, quater, quin- quies, sexies, septies, oclies, nouies, decies, vicies, tricies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, vel octuagies, nonagies, centies, milies. Item quae numerum indefinitum significant: saepe, raro, rursus, iterum, toties, quoties, &c.

Negandi

Negandi: vt, haud, non, neque, nullatenus, neuscquam, minime, &c. Et nihil, diu, bialiter aliquando, postquam, non, &c.

sup 13

Affir-

Affirmandi: vt, ita, etiam, quidem, certe, pro- fecto, scilicet, videlicet, quippe, nempe, mi- ritum, plane, maxime, & haec cum diphtho- go: vt, nae ego homo infelix sum.

Affir-

Demonstrandi: vt, eni, ecce.

Demon-

Optandi: vt, utinam, o si.

Optim-

Hortandi: vt, eia, age, agite, agendum, his, o- des, iustis, item, obsecro, amabo, quaso.

Hortan-

Ordinis: vt, deinde, deinceps, protinus, con- tinuo, antea, postea, denique, praeterea, pri- mo, secundo, tertio, postremo, &c.

Ordin-

Interrogandi: vt, cur, quare, quando, quam- obrem, num, nunquid, nonne, vtrum, quid, quidni, quidita.

Interro-

Similitudinis: vt, quasi, eeu, sic, sicut, sicuti, Simili- velut, veluti, tanquam, & vti, prope, aequae, perinde, ac si, non aliter, non secus, quem- admodum.

Simili-

Qualitatis: vt, docte, paucite, fortiter, virili- ter, bene, male, &c. Item figuratiue, punctim, castrum, raptim, rursus, &c. quae a verbis ver- nit.

Qualit-

Quantitatis: vt, multum, parum, modu- cum, minimum, maximum, plurimum, val- de, satis.

Quantit-

Intendendi: vt, valde, profus, nimium, ad- modum, omnino, penitus, adeo, per, & c. perperam, peroptus, perquam, tanquam, id est, valde.

Intenden-

Haec pertinent: pene, prope, propemodum, fere, ferme, &c. quae exi de re tota aliqua deca- hant, tanquam actionem intendunt & amplificant.

Remittendi: vt, lenim, paulatim, pedeten- tim,

Remitt-

tim, agrè, vix. Item paululum, clanculum, 16giusculè, meliusculè, sapiusculè, bellè, &c. Dubitandi: vt, forsan, forsitan, fortassis vel fortasse, vtrum, an.

Personalia: mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum.

Vocandi: vt, heus, cho, ehodum.

Separandi: vt, scorsim, separatim, secretò, diuisè, singillatim, bifariam, multifariam, secus, aliter. Huc pertinent excludendi particula: solum, tantum, modò, duntaxat, tantummodò.

Iurandi: vt, pol, adpol, acastor, herculè.

Eligendi: vt, potius, imò, magis.

Congregandi: vt, simul, vnà, pariter.

Prohibendi: vt, ne, nequaquam.

Euentus: vt, forte, fortuito, forte fortuna, casu, &c.

Comparandi: vt, magis, minus, melius, optimè, peius, pessimè, fortius, fortissimè, &c. quæ à nominibus Comparatiuis & Superlatiuis veniunt. Item sapius sapiissime, à sape, & se- eius à secus.

DE PRÆPOSITIONIBVS

Præpositio est dictio inuariabilis, quæ præponitur aliis dictionibus.

Vel appositione: vt, ad patrem: vel Compositione: vt, admiror.

Præpositioni accidit vnum: Constructio seu Regimen.

Quædam regunt accusatiuum: vt, ad, apud, ante, aduersus, cis, circa, circum, circa, ter,

ter & contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, per, prope, præter, propter, post, penes, secundum, supra, trans, vltra.

Quædam regunt ablatiuum: vt, à, ab, abs, absque, cum, clam, coram, de, è, ex, pro, præ, sine, tenus. ex his tenus semper postponitur. Virg: capulo tenus abdidit ensem.

Quædam regunt vtramque casum: vt, in, sub, super, & subter.

Quædam nunquam regunt casum, sed semper sunt compositæ: vt, di, dis, re, se, am, con: vt, di- duco, disicio, repono, secubo, ambedo, concludo.

OBSERVATIO.

Præpositiones sunt Auerbia, quando casum admittunt: vt, longo post tempore venit.

DE CONIUNCTIONIBVS.

Coniunctio est dictio inuariabilis, quæ coniungit dictiones & sententias.

Coniunctioni accidunt tria: Figura, Potestas & Ordo.

De Figura.

Coniunctio aut est Simplex: vt, nam; aut Composita: vt, namque.

De Potestate.

Potestates seu significationes Coniunctionum sunt sex: Copulatiua; Disiunctiua, Aduersatiua, Causalis, Ratiocinatiua, & Completiua.

Copulatiuæ coniunctiones sunt, quæ copulant & sensum & verba: vt, et, que, quoque, ac, atque, etiam, cum, tum.

Disiunctiva sunt, quae verba quidem coniungunt, sensum autem disiungunt: ut, vel, aut, siue; seu. Item nec & neque; quae utramque rem tollunt; ut, neque natare, neque literas nouit.

Aduersaria, quae diuersam sententiam superiori subiiciunt: ut, sed, at, ast; verum; verò; porro; atqui, tamen, quamquam, quamuis, etsi; licet; licet, &c.

Causales, quae causam reddunt superioris sententiae: ut, nam, namque; enim, etenim; quia, quoniam, quando, quandoquidem; si, siquidem; nisi, nisi, enim uerò; &c.

Ratiocinativae, quae ex ratione proposita conclusionem inferunt: ut, ergo, ideo, igitur, idcirco, quapropter, proinde, quamobrem.

Completivae dicuntur quae tantum ornatus gratia in oratione ponuntur: quales sunt: verò, autem, quidem, equidem, quoque, enim, nam, &c. cum additae vel detractae nihilo plus aut minus efficiunt. Virg. 4. Georg. 10.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos?

De Ordine.

Ordo Coniunctionum est triplex: Praepositivus, Postpositivus & Communis.

Praepositivae coniunctiones sunt: nam, quare, ac, at, ast, nec, si, quin, nisi, sin, siue, seu.

Postpositivae: enim, autem, quoque, verò, quidem. Tales sunt & Enclitica: que, ne, ve.

Communes dicuntur, quae possunt praeponi & postponi: ut, ergo, igitur, itaque, quoniam, tamen, &c.

DE

Interiectio est dictio invariabilis, quae interiecitur orationi ad declarandum animi affectum.

Interiectioni accidit vnum: Significatio. Significationes interiectionum sunt variae.

Quaedam enim significant admirationem: ut, papa.

Quaedam cominationem: ut, Vasa.

Quaedam dolorem: ut, hei, heu, ah, o.

Quaedam metum: ut, at, at.

Quaedam indignationem: ut, hem, pro.

Quaedam gaudium: ut, euax.

Quaedam irisionem: ut, hui, vah.

Quaedam approbationem: ut, euge.

Quaedam detestationem: ut, apage.

Quaedam risum: ut, ha ha he.

Quaedam fletum & euersionem: ut, hoi, hei.

Quaedam interiectiones sunt: BER, BER.



VAMVIS non dubitem, ornatissimi Col-
lega, vos, dum Etymologia regulas nostris
discipulis fideliter enodatis, rectâ quoque
& necessariam scribendi rationem, quoad
fieri potest, eis pariter suggerere; itaque
non ignorem, has regulas, quod ad Ortho-
graphiâ primâ Grammatica partē perti-
neant, ordinis respectu ante Etymologia traditionem esse
esse puellis docendis proponendas: tamē cum à primū incipien-
tibus omnia integrè, ut ut eis suggerantur, percipi nequeant;
putavi has pauculas regulas, ex Grammaticorum vetustate,
veluti aurū ex lapso à doctis quasitas & ad usum studioforum
reuocatas, atq. in erudienda pueritia gratiam à nobis huc col-
locatas, non suo, sed tanquam per digressionem, id est, ultimo
loco, ad Etymologia finem, commodius poni posse. Idem iudicio
de Prosodia, non prius, ut Lithochomo certis de causis placet,
verum postariis ponenda. Neq. enim id quod ordine naturali
primò vel secundò loco ponendum videtur, primas vel secun-
das semper obtinet in tradendo, sed mutato rei continuanda
progressu, id quod facillimum & accommodatissimū est, & R. I.
MIS sape & non infuicuosè anteferri videmus. Quod cum
Lithochomus noster pro suo prudentia acumine vidisset, regulis
de Orthographia omissis, ad inchoata Etymologia expeditio-
nem, ne initio regularum perpetuitas puellas turbaret, & à
discendo abiterret, festinauit. Cumq. idem ille pro ea qua est
ingenuitate unicuique decendi ordinem de Prosodia liberum
esse in sua editionis prefatione ingenuè denunciaret, non ab-
spicius pace factum exillimabitis, quod Prosodiam non suo, quo
ipsetam prius esse voluit, sed loco omnium postremo po-
sitam videtis. Vos pro solita vestra in erudiendū nostra scholæ
discipulis industria curate, ut quotquot vestra fidei commit-
tuntur instituti, ita Latini sermonis usu ex bonis auctoribus
petendo exerceantur, ut & hac fundamenta ipsis unâ instil-
lentur. Quod Deum, nostrum in Christophorem, piis piorum
laboribus benignè benedicturum, ut factum ac felix esse ve-
lit, orare non desinam. Valet. Lug. 1584. N. S.

- 1 Consonantes, quæ in principio coniungi
possunt, in medio non sunt separandæ: vt,
no-ster, a-ptus, i-gnis. Dicitur enim sto, Pto-
lemæus, gnarus.
 - 2 Cum consonantes geminantur, prior ad præ-
cedentem syllabam, posterior ad sequentem perti-
net: vt, il-le, ter-ror.
- NOTIO I.
- 1 Antiqui geminare consonantes non consueve-
runt. Supra verò consonantem, quam geminare
oportebat, sicilicon (ceter tyttel) imponebant: vt, Lu-
cul'us, Mem'ius. Hinc est quod nunc añus, &
similes abbreviationes scribunt pro annus.
 - 2 Consonans media inter duas vocales posita, ad
posteriorem vocalem pertinet: vt, a-mo, a-go,
au-dio, non aud-io.
 - 3 Liquidæ ante consonantē coniungendæ sunt
cum præcedente syllaba: vt, al-bus, im-ploro. Ex-
cipe, m, ante n, in simplici dictione: vt, o-mnis.
 - 4 Deriuatum sequitur scripturam sui primitiui:
vt, gratia, per t, quia est à gratus. audacia &
iudicium per c, quia sunt ab audacis, iudicis.
quatio per t, quia est à secunda persona quatis.
ratio per t, quia est à supino ratum. hospitium,
per t, quia est à Genitiuo hospitis.
 - 5 Composita sunt in partes diuidenda: vt, de-
spicio, re-spondeo, præter-co, dis-traho.
abs-temius. cog-nosco, abs-traho. di-
phthongus. aru-spex, ab ara & specto. neg-
otium, à nec & otium.

7 Maiusculis literis vnamur in nominibus propriis. vt, Roma, Romanus, Christus, Christianus.

8 In multis vetustatis auctoritas consideranda est: vt, assum pro adsum, faciendum pro faciendum, consule Priscianum.

NOTIO II.

Sunt qui putant in ante t, sine p, propter euphoniā non solere scribi. Sed parum momenti est illa ratio. Itaq. nūc pro sumptus, scribunt sumtus. pro contemptus, cōtemtus. pro promptus, promtus: pro damnatus, damnatu. Oīta illa scribenda ratio ex eo, quod superioribus temporibus soliti sint scribere cōdem pro cōdeimno.

Mutatio orānis aliam considerationem habet: vt, furmentum, frumentum, scortum, scortum, &c.

oi-huc non oib-us
DNE b G ENOI T: V O: THE R T A E
x E. o i o p q r s t u v x z
z i t u r o c e n t u r i a h e m i h u e s t a h u l a r e t a c q i a
i u s A G r a e c a s a l u m i n d i s, p o e m a p o e m a t i s.
c u b i l e d u b i l i s, c u b i l e d u b i l i s.
I n p h i o s i o n e d e u n d e d o r i v t S i n a p i
2 i o e x c i p i u n t i s v t I u d o I u d a i s, f e r m o
m f e r m o n i s, v a t e o v a t e o n i s, v e n d i t l o b e t
1. E x c i p i u n t i s M a c e d o M a c e d o n i s, S a x o
S a x o n i s, p e n u l t i m a l o n g a
c y t r a D o & C e p a b u n t o c e a s s i m u n t i n i s
b r e d i p e n u l t i m a m a r g o m a r g o n i s. S i t o r d o
A p o l l o h o n i s, i d e m o. x o q i u n t a r e n o n i n i q
3 E x c i p i u n t u r p e n u l t i m a l o n g a S p a d o S p a d o n i s

donis. Sic bibo, cerdo, comedo, helleuo, Anio

Anienis, caro carnis facit, videlicet Anienis

C. Ut halec halecis, lac lactis.

D Bogud Bogudis, Dauid Dauidis.

L Assumit is pen. lon. Tribunal, tribunalis,

Daniel Danielis, sol solis: sel fellis, mel mel-

lis geminato. l. Hannibal Hannibal, penul. br,

vt & sal salis, exul exulis, vigil vigilis.

In En entis faciunt, penult. longa, vt splen, sple-

nis, Siren Sirenis. Alia, inis, penult. breui, vt,

carmen carminis, hymen hyminis.

Hae vocale ante nis producant: vt, Alcon Al-

conis, Salamin Salaminis, titan titanis, Tra-

chin Trachinis, halcyon facit halcyonis, La-

cedaemo Lacedaemonis. Sic Iason, Strymon,

penult. bre. Orion penult. cor. Orionis, Charon,

Charontis, Demophoon Demophoontis.

In R alluunt is penult. bre. nectar, nectaris: sic

mulier, arbor, vultur. Mutā ante ris habent, ce-

leber celebris, acer acris, siluester siluestris.

Excipe Lar laris, Caesar Caesaris, iubar iubar-

is, carcer carceris, yber vberis, martyr mar-

tyris, turtur turturis, robur roboris, marmor

marmoris. Penul. in his producitur: vt, Nar nar-

is, torcular torcularis, ver veris; Iber Iberis,

color coloris; far facit farris, geminato r: epar

vero epatis; cor facit cordis interposito d. Sylla,

biā interponunt, iter itineris, iecur iecinoris,

aether aetheris, aer aeris penult, corr. Producant

penultimam crater crateris, item chara-

cter, pinter.

In S habet dis, laus laudis, praes praedis. Quae
ante S

ante s, habet b. m. p. assumptio i. pen. corripunt: vt,
 Arabs Arabis, hiems hiemis, inops inopis.
 Excipe Cyclops Cyclopi, Conops Conopis,
 plebs plebis, pen. lo. Itē quæ e, nominatiui mutāt
 in i. vt, cælebs cælibis, biceps bicipitis, sic par-
 ticeps, princeps: auceps verò facit aucupis.
 Quæ ante s, habent l. n. r. terminale s in tis mu-
 tā: vt, puls pultis, mors mortis, sic mons, dēs.
 Excipe glans glandis, frons frondis, sic dis-
 cors, concors, vecors, misericors.
 T. Caput capitis, sic occiput, sinciput.
 X. In cis faciunt Genitiuum: vt, fornax fornacis,
 codex codicis, bombyx bombycis, calix calicis,
 redux reducis, deunx deuncis.
 Quæda gis, vt lex legis, sic Phryx, phalanx,
 & remex facit remigis, supellex supellectilis,
 nox noctis, nix niuis, senex senis.
 In ax, ix & ox producant penult. Thorax thoracis,
 perdix perdicis, ferox ferocis.
 Excipe fax facis, calix calicis, filix filicis,
 præcox præcocis: & Gentilia: vt, Allobrox Allobrogis,
 & Græcum corax coracis. corripunt
 ex & ux: vt, opifex opificis, tradux traducis.
 Excipe veruex veruecis, sic rex, lex, vibex,
 Pollux.
 A S. per atis, penult. prod. pietas pietatis, &c.
 Excipe adamas adamantis, Teuthras Teuthrantis,
 lampas lampadis, Mœnas Mœnadis, vas vadis,
 vas vasis, mas maris.
 E S. es mutatur in is, pubes pubis.
 Quædam etis habent penult. correpta: vt, tegetis,
 quædam producant: vt, locuples locupletis.

Quædam

Quædam itis: vt, miles militis, sospes sospitis,
 quædam edis penult. lon. vt, merces mercedis,
 quædam pen. b. vt, compes compedis: quædam
 idis corripit: vt, deses desidis, obses obsidis:
 Æs æris, Ceres Cereris, extra regulam sunt.
 I S. In is in Genitiuo conueniunt cum Nominatiuo:
 vt, piscis huius piscis, diœcesis huius diœcesis.
 Quædam habent idis pen. cor. vt, lapis lapidis,
 Apis Apidis, pro Ægyptiorum Deo.
 Quædam itis penult. producta, lis litis, Samnis Samnitis.
 Excipe Vomis vomeris, pro quo antiqui dicebant
 vomer. Cuiusmodi sunt, puluis, cinis, cucumis,
 pollis facit pollinis, sanguis sanguinis. Glis gliris
 irregulare est. Salamin Salaminis, Phorcyn Phorcynis,
 trieteris trieteridis.
 OS. In os quædam oris habent, flos floris, honos
 honoris. Quædam otis: vt, eos cotis, sacerdos sacerdotis.
 Excipiuntur compos compotis, impos impotis,
 penult. corr. Custos custodis, os ossis, bos bouis,
 Græca Minos Minois, Platyceros Platycerotis.
 V S. Quædam feminina in utis: vt, virtus virtutis:
 quædam udis, vt, palus paludis, pecus pecudis,
 intercus intercutis, penult. b. Tellus facit telluris
 penult. long.
 Neutra eris habent: vt, genus generis, latus lateris,
 quædam oris: vt, frigus frigoris: Lepus autem leporis,
 Ligus Liguris.
 Moposyllaba uris faciunt, mus muris, thus thuris.
 Grus verò gruis, & sus suis facit. Opus Opuntis,
 Macharus Macharutis Græca sunt.

P E R

PERSIUS SATYRA III

DESCRIBERE nunc miser, et casus cognoscere rerum,
Quid sumus, aut quidnam visuri gignimur, ardo

In vulgares in amicos Ouid.

Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,
Vixit ut amicitia visitare probatur.

Et cum fortuna stansque caditque fidem,
Nec facile, quoniam multum est millibus unum;

Non movet, et grati pariter esse prolym,
Nil nisi quod prodest charum est, et devalde videtur

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

Ut sit decor vestri, facti si prima desina,
Non movet, et grati pariter esse prolym,

PROSODIÆ⁸¹
COMPENDIUM
SCRIPTVM A LVDOLFFO
LITHOCOMO.

Poëtes studiosa S.



TYMOLOGIÆ, & pauculis Ortho-
graphiæ regulis succedunt præcepta Pro-
sodiæ, propter rudiores initio præterita,
& hic tandem collocanda. Ab ipso aucto-
re vsque ad PEDVM, quos Geometri-
câs vocamus, differentias deducit. Quæ
decerant, eorum expletionem, adultiori-

bus necessariam, ex aliis Grammaticis quoquo modo peti-
uimus, & ad captum discipulorum disposuimus. In pedum
differentiis duo obiter tibi noranda. i. Longè plures à vete-
ribus numerari pedes, quorum quidam minus vsitati sunt,
quidam verò oratorem instituunt, ideoque à nobis omitti.
Et quia infinitis ferè modis pedes cõiungi possunt, totidem
quoque modis METRI genera fingi possunt, vnde & quo-
tidie noua METROVM genera inueniuntur. Exemplo
est G. Buchananus, Poëtarum (saluo meliori iudicio) nostri
seculi princeps: qui in Psalmis carmine versèdis, Horatium,
vnde viginti species metri adhibentem, vario carminis ge-
nere superat. ii. Quædam versuum genera non vno co-
demque modo scandi: Pentametros vulgò ita scandunt, vt
post duos primos pedes vna syllaba remaneat, quæ tertij pe-
dis initium faciat, sequentibus duobus dactylis, & syllabâ,
quæ cum superiore tertiam sedem impleat, sic:

Dedeceus & metuas, & reuerere bonos.

oo | - oo | - | - oo | - oo | -
Sed cum pes sit dimensio Carminis, dimensio verò con-
tinua quæritas, pedem diuidi aut distrahi posse negant, id est,
vnam partem hic; alteram ibi esse nolunt. Ideoque Penta-
metrum per anapæstos metiuntur. Plures rationes variæ
scansionis vide in 2. lib. Gualteri R. De Syllabarum & Car-
minum rat. Tu poteris faciliorem scandendi rationem se-
qui.

qui. Reliqua de quibus monendus es, inter tradendum fidelis præceptor facile indicabit. Vale. N. S.

DE ACCENTU.

Accentus est tonus syllabæ, quo syllaba quasi accinitur.

Accētus sunt tres, Acutus, Grauis & Circūflexus. Acutus accentus est, qui syllabam acuit & attollit, ac sic notatur: vt, dōminus.

Grauis est, qui syllabam grauat, & deprimat, ac sic notatur: vt, doctē.

Circūflexus est, qui syllabam cum mora effert, & sic notatur: vt, amāre.

OBSERVATIONES tres.

I. Accentus hodie nusquam ferè notatur, nisi differentie causa: vt, vnā aduerbium.

II. Pronuntiatio acuti & circūflexi hodie est eadem: nam eodem modo syllabam attollunt: vt, amāre, sacerdos.

III. In pronuntiatione dictionum monosyllabum contra accentum nō peccatur. In dissyllabis prior attollitur, posterior grauatur. In polysyllabis penultima semper vel antepenultima attollitur, ceteræ omnes grauantur: vt, amābam, amāueram.

DE QUANTITATE.

Quantitas est, qua syllaba brevis, longa, aut communis dicitur. Breuis syllaba est, quæ vnum habet tempus, hoc est, quæ citissime in scansione versus pronuntiat, ac sic notatur: vt, pius. Longa quæ duo tempora habet: hoc est, quæ tam tardè pronuntiat, quàm duæ breues, ac sic notatur: vt, audax. Communis, quæ nunc breuis est, nunc longa.

Quantitas cognoscitur regulis & exemplis.

Regulæ sunt Generales aut Speciales.

REGV-

REGV-

REGVLA I. GENERALIS.

Positio facit syllabam longam. Positio, vocatur, cum duæ consonantes ponuntur post vocalem, aut vna duplex: vt, carmen, amantes, sapiens, axis.

EXCEPTIO.

Cum muta & liquida in eadem syllaba ponuntur post vocalem natura breuium, ea sit communis: vt, patris, tenebræ.

REGVLA II.

Diphthongus omnis est longa: vt, ætas, Musæ: nisi subsequatur vocalis: vt, præire, præesse.

REGVLA III.

Vocalis ante vocalem breuis est in Latinis: vt, deus, filius.

Excipiuntur.

I. FIO, quod vbique primam habet longam, præterquam in fierem & fieri.

II. Genitiui & Dativi quintæ declinationis, qui vocalem penultimam e habent longam, quando inter duo i ponitur: vt, dici, speciei.

III. Genitiui in ius qui penultimam habet communem in versu: vt, vnus, illius, præter aliud penultimam longam, & alterius penultimam breuiem.

Vocalis ante vocalem in diuersis dictionibus eliditur per Synalapham: ut, cast' est, quam nemo rogauit, pro casta est.

REGVLA IIII.

Deriuatiua dictio sequitur quantitatem primitiua: vt, naturalis, natura à natum.

Excipiuntur.

I. Longa à primitiuis breuibus: vt, vox vocis à voco, rex regis, regula à rego, sedes à sedeo, vomer à vomo, vena à venio, &c.

F 2

II. Breuia

ii. Breuia à primitiuis longis: vt, dux ducis à ducō, dicax à dico, arena, & arista ab arco, sopor à sopio, sagax à sagio, lotium à lotu, manus à mano, &c.

Hactenus de regulis generalibus: sequuntur speciales, & primò de primis syllabis.

REGVLA I. de Compositione.

Prima dictionis simplicis cognoscitur ex composita, per accentum: vt, probus improbus, scribo ascribo, venio aduenio aduenis.

REGVLA II. de Prepositione.

Præpositiones in cõpositis quædam breues sunt, quædam longæ.

Breues: ad, ab, in, ob, per, re, sub, super: vt adaugeo, abeo, in eo, obambulo, pereco, redeo, subeo, superaddo. Excipitur re in refert, pro vtile est.

Longæ: a, de, di, e, se, & pro: vt, amitto, deduco, diligo, egero, secũbo, profero. Excipitur, di, in dirimo & disertus. Pro etiam in multis corripitur: vt, procella, profugus, profundus, profestus, profanus; pronepos, proteruus, proficiscor, profiteor, &c. In quibusdam est communis: vt, procuro, profundo, propello, propago verbum.

REGVLA III. de præteritis & supinis.

Omne Præteritum & Supinum dissyllabum primam habet longam: præteritum verò geminatum primam breuem: vt, inuoli motum: momordi, fefelli. Excipiuntur

Præterita sex: bibi, dedi, steti, tuli, scidi, fidi. Supina nouem: datum, satum, ratum, itum, quitum, litum, situm, rutum, citum à cieo.

D 2

DE MEDIIS SYLLABIS.

Regula de accentu.

Accentus ostendit penultimam syllabam longam, si attollitur: breuem, si grauat: vt, amamus, legimus.

Antepenultima, si potest, redigenda est ad penultimam deminutione: vt, amabamus amabam, legeramus, legeram.

REGVLA SPECIALES

de vltima syllabis.

In A longa sunt: Excipiuntur Nominatiui, Accusatiui & Vocatiui in a: vt, mensa, carmina. Item, quia & ita.

In E breuia sunt: Excipiuntur

i. Græca in e longum: vt, Parasceue, Epitome.

ii. Ablatiui quintæ declinationis: vt, die, fide.

iii. Imperatiui singulares secundæ coniugationis: vt, doce, mane.

iiii. Aduerbia deriuata ab adiectiuis secundæ declinationis: vt, doctè, pulchrè, &c. Præter bene & malè.

v. Monosyllaba: me, de, se, te, &c.

In I longa sunt: Excipiuntur nisi & quasi breuia: mihi, tibi, sibi, vbi, ibi, & cui communia.

In O Communia sunt: Excipiuntur

i. Longa monosyllaba: do, sto, pro, flo.

Item Dativi & Ablatiui in o: vt, domino, deo.

ii. Breuia: scio, duo, modo, cito, illic.

In V longa: vt, cornu, dictu.

In B & D breuia: vt, ab, ad.

In C longa: vt, halec, istic. Excipiuntur

i. breuia: nec, donec, lac.

F 3

ii. Com-

11. Communia: fac & hic Pronomeri.
 In L breuia: præter sol & nil.
 In M breuia: vt, scamnum, nequam.
 In N longa. Excipiuntur
 i. Nomina in en, habentia inis in genituo: vt, carmen, pecten, fidicen, &c.
 ii. Græca in on per o paruū: vt, Ilion, Pylon.
 iii. Accusatiui in in, & in an a nominatiuis in a, vt Daphnin, Alexin, Aeginan.
 iiii. Forfan, forsitā, tamen, an, in, yden.
 In R: breuia. Excipiuntur
 i. Monosyllaba: par, far, lar, ver, cur, fur.
 ii. Græca in er: vt, ær, æther, crater.
 In AS longa. Excipiuntur
 i. Græci nominatiui in as, quorum genitiuus definit in dos: vt, Ilias, Pallas.
 ii. Accusatiui Græci plurales tertie declinationis: vt, crateras, cyclopas, heroas.
 In ES longa. Excipiuntur
 i. Nomina tertie declinationis, in quibus penultima genitiui crescentis corripitur: vt, miles, feges, reges. Præter aries, paries, pes cum compositis, &c.
 ii. Græci nominatiui plurales in es: vt, Arcades, Thraces.
 iiii. Es a sum cum compositis, & penes.
 In IS breuia. Excipiuntur
 i. Datiui & Ablatiui plurales: vt, dominis.
 ii. Quæ penultimam genitiui crescentis producant: vt, lis litis, glis gliris.
 iii. Secundæ personæ singulares quartæ coniugationis: vt, audis, dormis.
 iiii. Vis, sis, velis, possis.

v. Secun-

v. Secundæ personæ futuri subiunctiui communis: vt, amaueris, docueris, legeris.
 In OS longa. Excipiuntur
 i. Os ossis, compos & impos.
 ii. Græca in os per o paruū: vt, chaos, Delos, Pallados, &c.
 In V: breuia. Excipiuntur
 i. Monosyllaba: ius, thus, rus, plus, &c.
 ii. Omnes casus in us, quartæ declinationis, præter Nominatiuum & Vocatiuum singularem: vt, fructus.
 iii. Feminina in Genitiuis u retinentia: vt, palus, salus, virtus virtutis.
 In us: Græca in us: vt, Amathus, Oedipus, polypus.
 In breuia: vt, caput.
 Præterita per Syncopen facta aliquando producantur: Ouid. non adit apte, &c.
 DE EXEMPLIS.
 Syllabæ, quæ superioribus regulis cognosci non possunt, exemplis poetarum cognoscuntur.
 Poeta aliquando syllabam longam corripunt per Synstolen. 3. En. Obstupui, steteruntque comæ. Et contra syllabam breuem aliquando producant per Diastolen. 1. En. Exerces Diana choros.
 Vltima communis cuiusque est syllaba versus.
 DE PEDIBUS.
 Ex syllabarum quantitate pedes in carmine.
 Pes est numerosa syllabarum constitutio in Carmine. Sane autem triplices.
 DISSYLLABI QUATVOR.
 Pyrrhichius, qui est duorum temporum, U U vt deus.
 F 4 Spon-

Tempus, id est, mora vel tardius vel citius profereudi syllabam.

Spondeus, quatuor temporum — — vt, ingens.
 Iambus, priore breui, posteriore longa v. — vt, tenax.
 Trochæus, iambo contrarius — — vt, annus.

TRISYLLABI VIII.

Tribrachys — — — vt, Priamus.
 Molossus — — — vt, audiri.
 Anapæstus — — — vt, domini.
 Bacchius — — — vt, egestas.
 Antibacchius — — — vt, cantare.
 Amphimacer — — — vt, castitas.
 Amphibrachys — — — vt, amare.
 Dactylus — — — vt, carmina.

TETRASYLLABI XVII.

Proceleusmaticus — — — vt, hominibus,
 ex duobus Pyrrhichis.
 Dispondeus — — — vt, concludentes.
 ex duobus spondeis.
 Choriambus — — — vt, Historia.
 ex trochæo & iambo.
 Antispastus — — — vt, Alexander.
 ex iambo & trochæo.
 Diambus — — — vt, feueritas.
 ex duobus iambis.
 Ditrochæus — — — vt, comprobare.
 ex duobus trochæis.
 Ionicus à maiore — — — vt, cantabimus.
 ex spondeo & pyrrhichio.
 Ionicus à minore — — — vt, venerantes.
 ex pyrrhichio & spondeo.
 Epitritus primus — — — vt, salutantes.
 ex iambo & spondeo.
 Epitritus secundus — — — vt, concitati.
 ex trochæo & spondeo.

Epitri-

Epitritus tertius — — — vt, communicant.
 ex spondeo & iambo.
 Epitritus quartus — — — vt, incantare.
 ex spondeo & trochæo.
 Pæon primus — — — vt, conficere. *vel Pæon*
 ex trochæo & pyrrhichio.
 Pæon secundus — — — vt, resoluere.
 ex iambo & pyrrhichio.
 Pæon tertius — — — vt, sociare.
 ex pyrrhichio & trochæo.
 Pæon quartus — — — vt, celeritas.
 ex pyrrhichio & iambo.

Ex pedibus sit versus, sic dictus quòd tam diu
 vertatur, quoad rectè constitatur, & eo constituto
 ad alterius principium vertatur.

Versui accidunt 6. Genus, Species, Compositio,
 Cæsura, Depositio, Scansio.

1. A genere versus appellatur Iambicus, Trochæi-
 cus, Dactylicus, Anapæsticus, Choriambicus, An-
 tispasticus, Ionicus, Pæonicus, &c.

2. Species, quas varietas gignit, multæ. Versus
 enim aut sunt Sapphici, Asclepiadæi, Glyconici: vel
 à numero syllabarum, vt Hendecasyllabi, Senarij.

3. Compositio est Carminis structura.

4. Cæsura est pedum in medijs interfectio, ita
 vt pars eorum ad præcedentem, pars ad sequentem
 dictionem pertineat. Venustas cæsurae in illo est,

Sylvestrè tenui Musam meditaris auena.
 Versus sine cæsura est parum elegans, imò profus-

vitiosus, quamuis suis pedibus constet: vt,
 Urbem fortem cepit niuper fortior hostis.

Doctus nobilis atro semper rarior ouo.

5. Depositio est desinentia, qua cognoscimus de
 F 5 Car-

Carminis plenitudine & abundantia. Acatalecticum, quod in fine habet pedem a quo nominatur.

Catalecticum, cui in fine deest syllaba. Hypercatalecticum, in quo una aut duae syllabae superfluae.

Brachycatalecticum, cui in fine pes deest. 6. Scansio est metri in suos pedes distinctio. ubi obseruanda sunt figurae.

Synalæpha, i. finalis vocalis propter aliam subsequentem elidit. pro viue hodie, viui hodie. Vocalis non semper eliditur: vt, Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Eclog. 3.

Ecthlipsis exclusio literae m, finalis cum sequenti vocali, vtend' est aetate, pro vtendum est. Olim per ecthlipsin elidebatur litera s, vt,

Arboribus veteres decidere falcibus ramos. legendum est, falcibus ramos. Diæresis, i. vnius syllabae distractio in duas: vt,

Tibul. Stamina non vlli dissoluenda deo. Huc refertur dissolutio diphthogae aular, vitai, pro aulae, vitae. Alij dialysin vocant.

Synecphonesis, i. duarum vocalium inter se coitus in vna voce: vt, Stultis dare tenuia rerum Principia. Perf.

Aliae praeterea figurae in versus incurrunt: vt, prosthesis, apharesis, &c. quas, quoniam sparsim, tum in Etymologia, tum in Prosodia obuia sunt, ad finem positae inuenies.

Sequuntur vltiora Carminum genera. Adonium vel Adonicum constat dactylo & spondeo: vt,

Dilige toto Pectore doctos.

Dictum

Dictum ab Adone Veneris amatore. 2. Archilochium constat duobus dactylis, & syllaba: vt,

Artibus ingenuis Quod tibi perpetuo Nocte dieq. vaca: Surgat honore decus.

Dictum ab Archilochio inuentore. Est & illa Archilochij species, cum quatuor priores pedes sunt Heroici carminis, deinde tres trochaei:

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fa- uoni. Sed de huius speciebus vide R. Gualt.

DE HEROICO. Carmen Heroicum est magnificum, celebre, augustum & magnis aptum. sic dictum quod eo carminis genere res gestae Heroum describantur.

alias Homericum, quod Homerus suis numeris illud absoluerit. Item Hexametrum a sex pedum locis. Primis quatuor locis recipit dactylum aut spondeum. quinto loco plerumq. dactylum, raro spondeum. vltimo spondeum aut trochaeum.

Typus Hexametri.

- 0 0 | - 0 0 | - 0 0 | - 0 0 | - 0 0 | - 0

DE PENTAMETRO. Pentametrum Heroico iunctum constituit Elegiacum a πέντε, i. quinq. & μέτρον, i. mensura. item

πέντε τὸ δολοῦν τὴν τρυφήν, quod doloribus, luctibus, querelis & defunctorum laudibus primo putaretur aptum, paulatim etiam aliis rebus.

Recipit in prima & secunda regione dactylum vel spondeum indifferenter, restante vna syllaba longa: vt,

Virtus

Virtus sic hominis.

-- | - 00 | -

Deinde recipit in duabus regionibus duos dactylos restante vna syllaba indifferente: vt, Maxima nosce deum.

- 00 | - 00 | 0

Hæc est vltimior & tutior scandendi ratio, aliam supra in præfatiuncula indicauimus.

NOTIO.

Vt Hexameter bellè desinit in dictionem dissyllabam, aut trissyllabam, sic Pentameter in dissyllabam, tetrasyllabam aut pentesyllabam.

DE IAMBICO.

à iambicis, id est, infestior, acerbum enim et malelicum carmen olim erat.

Hoc metri genus à prædominante pede dictum, vnde & optimum censetur quod puris iambis constat, vel alternis locis spondeo nimiam celeritatem temperante.

Præcipua Iambici carminis genera duo sunt:

Impares loci sunt prima, tertia & quinta regio.

Dimetrum & Trimetrum: illud quatuor iambis constat, vel spondeos habet iambis alternatim mixtos in regionibus imparibus. hoc verò sex iambis, vel etiam spondeos alternatim iambis mixtos: vnde & Senarium.

Dimetrum dicitur propter duas dipodias, quibus versus singulis pedibus separatim metimur: vt,

Inarsit æ | stuosius,

0-0- | 0-00 |

Talis scandendi ratio dicitur propter diuisionem, qualis fit in aliis carminibus.

Sic eruditiores metiuntur. si verò in suos pedes digerant, sic diuidendum:

Inar | sitæ | stuo | sitis.

0- | 0- | 0- | 00

Fortuna non mutat genus.

-- | 0- | -- | 00

Veni

Veni redemptor gentium.

0- | 0- | - - | 00:

Trimetrum dictum est propter tria metra, tres dipodias: vt,

Suis | & i- | pfa Roma vi- | ribus | ruit. |

0- 0- | 0- 0- | 0- 0- | 0- 00 |

In singulos verò pedes diuide sic:

Suis | & i- | pfa Ro- | ma vi- | ribus | ruit. |

0- 0- | 0- 0- | 0- 0- | 0- 00.

NOTIO I.

Recipit etiam in regionibus paribus tribrachyn, & in imparibus dactylum aut anapaestum.

NOTIO II.

Apud Comicos qualibet priorum regionum in Trimetro potest habere spondeum, tribrachyn, anapaestum, dactylum, sine differentia, modo in vltima sit iambus.

NOTIO III.

Concinnè: iambico trimetro subiicitur dimetrum, & hexametro pentametrum: vt,

Beatùs ille qui procul negotiis,

Horat.

Vt prisca gens mortalium.

Est & iambicum Trimetrum quod *σνδίζον* dicitur. hoc differt à perfecto iambico, quòd in sexta sede spondeum habet, in quinta iambum: vt, Pers.

Nec fonte labra prolui Caballino.

DE SAPPHICO.

Sapphicum à Sappho Lesbica, puella Lyrica, quæ prima apud Græcos id inuenisse & expoluisse dicitur. regiones habet quinque, syllabas vndecim, vnde & hendecasyllabum dicitur. Pedes recipit primo loco trochæum, secundo spondeum, tertio dactylum,

Ætulum, reliquis duobus trochæum, vel spondeum in ultimo: vt,

Ocium vites veluti draconem:

Multa nam suadet pueris nefanda.

Nil dedit mundi melius creator

Tempore nobis.

Adonicus post ternos versiculos quarto loco adicitur.

DE PHALÆCIO.

Hoc metrum ab inuentore Phalæco nomen habet. regiones habet quinque, syllabas vndecim. pedes recipit primo loco spondeum, (raro iambum aut trochæum) secundo dactylum, reliquis tribus trochæum: vt,

Vitam quæ faciunt beatio rem.

— — | — — 00 | — 0 | — 0 | — 0 |

Scanditur etiam ita vt post spondeum & dactylum syllaba longa remaneat, sic:

Vitam quæ faciunt

— — | — — 00 | — 0 |

Deinde duo iambi cum adhærente semipede: vt, beatio rem.

0 — | 0 — | 0 — | 0 — | 0 — | 0 — | 0 — | 0 — |

quæ scansio cōducit ad semiquinariam cæsura, quæ venuste ponitur in hoc carmine.

DE ASCLEPIADEO.

Ab Asclepiade poëta dicitur.

Pedes recipit primo loco spondeum, secundo & tertio choriambum, ultimo iambum vel pyrrhichium: vt,

Mæcenas atavis edite regibus.

— — | — — 00 — | — 00 — | 00 — |

est & alia dispositio, de qua Gual. lib. 2. cap. 15.

Addita vna syllaba erit pentametrum: vt, edite remigibus.

DE

DE GLYCONICO.

Et hoc ab inuentore suo nominatum est: cōstat tribus pedibus, spondeo, choriambus, & pyrrhichio: vt,

Sic te diua potens Cypri.

— — | — 0 0 — | 0 —

Huic Asclepiadeum iungi solet: vt,

Sic fratres Helenæ lucida si dera

— — | — 00 — | — 00 — | 00 —

De vitiiis versuum in componendo vitandis.

Sermonis vitium fuge, dictio ne qua redundet,

Aut desit: rectus seruetur in omnibus ordo.

Nec sis obscurus, nec produc corripienda,

Vel contra si vox vocali desinit, aut m,

Subdere vocalem sine perditione prioris

Nolito. versus sint omni ex parte canori.

Carmine in exiguo neposito plura licenter.

Optima quæque tibi proponere imitanda, fauebit

Pulcher Apollo tibi, fundent sua dona Camæna.

De Figuris dictionum.

1. PROSTHESIS additio literæ vel syllabæ ad principium dictionis, tectulisse pro tulisse.
2. APHAERESIS ablatio: mittere vocem pro emittere.
3. EPENTHESIS interpositio literæ vel syllabæ in medio. Relligio pro religio. Induperator pro Imperator.
4. SYNCOPE ablatio in medio, dixti, pro dixisti, repostum pro repositum.
5. PARACOPE appositio ad finem, dicit, pro dici.
6. APOCOPE ablatio a fine, magis pro magis, parce metu pro metui.
7. SYNARRESIS eadem quæ in scansione fuit sol. Synephorosis contractio duarum vocalium in vnam: vt, Thefei pro Thefei.
8. DIAERESIS supra quæque sui.
9. ANITHESES positio literæ pro litera, vt olli pro illi. huc per teus rogasti pro rogauerit, habessit, pro habeat.
10. METATHESES transmutatio, ius pro vis.
11. DIASTOLE productio naturæ breuis: vt, Si perco manibus hominum perisse iuuabit.
12. SYSTOLE longam contrahit: vt, Confliterunt imbres & flumina vim minuerunt.

FINIS.